UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium

**Alviset, Virginius**

**Campidonae, 1673**

Sectio Quarta. In qua resolvuntur nonnulla Dubia circa dicta in præcedentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62361

Visual Library

# SECTIO QUARTA
## IN QUA RESOLVUNTUR NONNVLLA DVBIA CIRCA DICTA IN PRÆCEDENTIBVS.
## DUBIUM PRIMUM.

*An Congregatio Caßinenſis habeat communicationem Privilegiorum omnium Ordinum Regularium, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium.*

Ad Sect. 1. Cap. 3. §. 4.

SUMMARIUM.

1 *Monaſterium Caſſin. eſt caput Ord. S. Bened. & ut tale gaudet Privilegiis omnium eius Monaſteriorum.*

2 *Privilegia conceſſa uni Monaſterio Congreg. Caſſin. extenduntur ad omnia alia.*

3 *Congreg. Caſſin. gaudet Privilegiis Ordinum Mendic.*

4 *Auguſtiniani communicant Privilegiis omniũ quibus ſua fuerunt communicata.*

5 *Plures Authores aſſerunt Congregat. Caſſin. communicationem Privilegiorum omnium Ordin. & ſeq.*

HOC dubium in diverſis occaſionibus ego vidi moveri à non paucis, ſed cum cunctatione ab omnibus reſponderi. Quia autem multæ aliæ Congreg. vel maximè gaudēt ſe habere Privilegia Caſſinenſis, è re mihi vi[…] fuit huic dubio dare in præſenti reſp[…] ſionem, non uni Congr. Caſſin. ſed [...] tis alijs profuturam, & à pluribus ex[…] titam.

Igitur ego ad dubium propoſitũ R[…] incunctanter prædictam Congr. Ca[…] habere comunicationẽ omniũ priv. [...] niumOrd. ſeu Mend. ſeu non Mendic. probatur 1. Nam ſacrum Monaſter. C[…] propter unionem, quam habet cum [...] Ordine S. Bened. tanquam illius & [...] nium illius Monaſteriorum auguſt[…] put, gaudet etiam omnium Privil. (u[…] ferius fuſius dicam) At pleriſq; Mon[…] rijs & Congr. Ord. ut Ciſterc. Cam[…] & S. Mauri, &c. communicata ſunt [...] vil. omnium Ord. Ergo hæc comp[…] Monaſterio Caſsin. At per alia Pont[…] indulta, privilegia privata aut priv[…] conceſſa alicui Monaſterio. Congr. C[…]

exten-

extenduntur ad cætera eiuſdem Congr. Ergo & alia omnium Ordinum & Congreg. per idem Monaſterium Caſſin. Se-
3 cundò. Pius V. an. 1567. die 16. Aug. conceſſit eidem Congr. Caſſ. & quibuſdam alijs privilegia Ordinum Mendicanium per B. quæ incipit: *Ex ſupernæ diſpoſitionis arbitrio.* At Ordines Mendicantes habent privilegia omnium Ordinum Mendic & non Mendic. Ergo hæc eadem per idem indultum derivata ſunt ad dictam Congreg. Caſſin.

4 Tertiò. Hæc eadem inclyta Congregatio habet privilegia Auguſtinianorum, (quia Mendicantium) Auguſtiniani verò indulto Alex. VI. expedito año 1497. die 8. Mart. habent privilegia omnium Ordinum, qui ſuis participant. Omnes autem participant privilegijs dictæ Congreg. Caſſin. Ergo eadem reciprocè participat privilegijs omnium. Et ita ſentiunt Doctores, qui de hac materia tractant, ut Sorb. *in comp.* Caſar. *in prolegom. Operis.* Ubi ſic loquitur: *Participantes autem ſupradictorum Mendicant. privilegia ſunt Canonici Regul. S. Auguſt. Congregat. Lateran. S. Salvat. Bonon. Conimbric. Monachorum S. Benedicti Congregationum & Ordinum Caßin. Montis Oliveti Vallis umbroſæ. Nec non etiam Congreg. Ciſterc. & Carthuſianorum. Nec non S. Hieron. Hiſpan. Camaldul. Et fratres Minimi Ieſu Chriſti Reformatorum nuncupatorum Regni Portugalliæ.*

6 Confert Protonotarius Apoſt. *in ſummar. mater. notab. collecto ex litter. & Privil. Apoſtol. Regul.* Ubi poſt enumeratos Ordin. Mendicantes in *1. parte tituli 1.* ſic ſecundum incipit: *De Monachorum Congreg. illarumq; origine, quæ Mendic. Ordinum privilegia participant.* Et ibi *in cap 14.* pro hac participatione nominat Congregat. *Caßin.* Ac deinde *t. 3.* (qui complectitur ſummar. mar. magni) & *cap. 5.* poſtquàm aſſeruit quòd Ordines Mendic. communicant privilegiis non Mendic. ſic ſubdit. *Quemadmodū etiam dictorū Ordinum Mendican. privileg. decem illis Monachorū Ordinibus ſeu Congreg. ſuperiùs enumeratis, coniunctim à Sede Apoſt. utenda condonata ſuêre, puta Caßin. Ciſterc. Camald. &c.*

Lamas *in meth. p.* . *cap. 3. §. 8* relato 7
privilegio Pauli III. pro Societate Jeſu ad abſolvendum à caſibus Papæ ſic addit: *Eſt hoc magnum privilegium, & dico, illo gaudere omnes ferè Religiones, addens adverbium moderativum. Quia multæ habent extenſionem privilegiorum aliarum Religionum & Communicant authoritate Apoſtolica, privilegijs illarum, ut habent Franciſcani. Dominican. Eremitæ, Auguſt. Et Monaſticæ Benedictinorum S. Iuſtinæ & Ciſtercy, ſive S. Bernardi, & aliæ multæ.*

Tambur. *de jur. Abb. pag. 258. Prætcrea* 8
*Congr. Caßin. habet indultum communicationis omnium privil. omnium & ſingulorum Ordinū & Congregationum tam Mendicant. quàm non Mendic. conceßione Pij V.*

Ac noviſſimè Bruno Caſſahing. in o- 9
pere ſuo de privil. Regul. idem aſſerit *tr. 1. c. 3. prop. 2.* Ac ſparſim & tam frequenter per idem opus, ut ob multitudinem citationum, quas ab eo deberem deſumere, omnes omiſerim, contentus Authorem citâſſe.

En ergò tibi mi Lector conceſſiones Pontificias, en rationes, en ex pluribus alijs ſex Authores. Caſarub. Sorb. Confett. Lamas. Tambur Caſſahing. quibus ego adſtruo ac vendico communicationem omnium privilegiorum prædictæ Congr. Caſſin. Ut jam mihi videatur omne dubium ſublatum hoc maximè attento, quòd DD. qui hanc communicationē illi attribuunt, id non ſcribant quaſi occaſionaliter, ſed ex profeſſo tractando de privilegiis, & de hac materia communicatio-

cationis, atque ideo longè maioris ponderis mihi videtur eorum opinio, quàm ut ampliùs ab ullo de ea dubitetur.

## DUB. II.

*An Privilegia ſpecialia & exorbitantia cenſeantur communicata per generalem Communicationem? Ad §. 4. cit. V. fallit tamen.*

### SUMMARIUM.

1 *Privilegia exorbitantia non communicantur.*
2 *Verius tamen quòd ſic.*
10 *Cum diſtinctione difficultas componitur.*
2 *Recipere Ordines tribus diebus continuatis, & extra tempora eſt privilegium exorbitans, quod tamen communicatur.*
8 *Item privilegium de celebrando divina januis apertis tempore interdicti.*
*Ac plura alia, de quibus n. 9.*
3 *Generalis conceſſio privilegiorum omnia comprehendit.*
4 *Clauſula quorum tenores quàm vim habeat.*
5 *Quando unum excipitur, cætera intelliguntur conceſſa.*
6 *Ubi jus non diſtinguit, neque nos.*
7 *Finis communicationis Privilegiorum, qualis.*
8 *Pontifices qui eam fecerunt, omnia ſub ea comprehenderunt.*

1 NEgant Hinioſ. *in direct. v. horæ can.* Hiacinth. Donat. *in pra reg. to. 1. tr. 7. quæſt. 14.* Et alij quos citat & ſequitur Dian. *to. 11. tract. 3 reſ 17.* Ubi ait, quòd *v. g.* Privilegium Caſſin. pro Clericis nondum ſacris initiatis de non recitando horas (de quo ſuo loco) non communicatur Dominicanis, ſeu alijs Regularibus, quia inquit in generali comunicatione non comprehenduntur illa, quæ exorbitant, & non ſolent concedi vel quæ ſunt contraria profeſſioni ſeu obſervantiæ & laudabili conſuetudini.

2 Attamen contrarius ſibi videtur Diana *in eod. to. tr. 4. reſ. 6.* ubi allegatis ſupraci[...] Authoribus, alijſq; non paucis fusè pro[...]bat omnia privilegia Societ. Jeſu deriva[...]ri ad omnes alios Ordines per general[...] communicationem illis conceſſam, & i[...] ſpecie illud de recipiendis Ordinibus e[...]tra tempora, & tribus diebus Feſtis co[...]tinuatis; atqui & hoc & alia non pau[...] privil. dictæ Societ. ſunt exorbitan[...] & non ſolita concedi: ergo ſi hæc intel[...]guntur conceſſa per general. communi[...]tionem & quælibet alia exorbitantia[...] certè longè maius eſt privilegium & ma[...]gis exorbitans, quòd quis recipiat Ord[...]nes modo ſupradicto, in quo non un[...] ſed duplex invenitur privilegium, qu[...] ut juvenis Religioſus ob cauſas in priv[...]legio expreſſas non dicat Breviarium ad quod nec tenetur, niſi ſicut ad alias ſu[...] Regulæ obſervantias, quòd ſi illud pri[...]legium communicatur in generali com[...]municat. cur non iſtud? & alia omnia[...]

Facit *primò*, quia generalis conce[...] referens ſe ad privilegia conceſſa al[...] omnia comprehendit, & non minùs o[...]ratur, quàm ſi ſigillatim omnia expri[...]ret, ut docent Mandoſ. & Felin. *in tr[...] de privil. ad inſtar. quæſt 4.* ubi ait ita te[...]re Oldrad. Cardin. Bertrand. & Pa[...] Quod vel maximè verū eſt quando co[...]municatio datur ſub clauſula. *Quorum [te]nores &c.* Nam hæc clauſula habet v[...] ſpecialis & individuæ derogationis & e[...]preſsionis cum omnibus ſuis qualita[...]bus, & tollit derogatorias *derogatoriarum* quod eſt derogare omnibus juribus [...] conſtitutionibus derogantibus & der[...]gaturis privilegio conceſſo ſub illa [...] impedientibus, ne effectum ſortiatur [...] generaliter omni clauſulæ illi reſiſten[...] At communicat. privil. facta eſt ſub ha[...] clauſula. & alijs adhuc magis efficacib[...] ergo debent cenſeri quælibet privileg[...]

vir-

virtute illarum eſſe communicata.

Facit *ſecundò*, quia quando unum excipitur, cenſentur quælibet alia conceſſa, at in conceſſione ſeu communicatione privilegiorum Papa non excipit exorbitantia & ſpecialia, ſed ea quæ ſunt contraria Tridentino: ergo cenſetur cōceſſiſſe & communicaſſe quælibet alia, quantumcúnq; exorbitantia, modò non ſint contraria dicto Trid. quia exceptio firmat Regulam.

6 *Tertiò*, vbi jus non diſtinguit, neq; nos diſtinguere debemus, aut à generali conceſſione recedere, niſi ubi aliter conſtat de voluntate concedentis. Quod vel maximè verùm in hac materia priuilegiorum, quæ cùm ſit favorabilis, non reſtringi, ſed potiùs ampliari debet. At non modò non conſtat, Papam voluiſſe excipere privilegia de quibus loquimur, quādo communicationem indulſit, quin potiùs apparet de contrario propter clauſulas ſub quibus illam conceſſit, ergo non poſſumus dicere eſſe excepta dicta privilegia à communicatione.

7 Confirmatur *primo* ex fine communicationis, quia Pontifices voluerunt per eam æquare Monaſteria Monaſterijs, & Ordines Ordinibus, & hac ratione tollere occaſiones zeli & æmulationis inter religioſos, ut patet ex ipſo textu bullarum. At ſi in communicatione dicantur aliqua privilegia excepta, nec etiam erit facta adæquatio, nec finis per eam intentus habebitur.

8 Conf. *Secundò*, quia ipſimet Summi Pōtif. valde clarè videntur oſtendiſſe in ſuis Bullis ſic intellexiſſe communicationē, & ſic nos debere intelligere, Nam v. g. privilegium celebrandi divina ianuis apertis tempore interdicti, eſt valde ſpeciale, & ita exorbitans vt vel propter hoc ſolum notetur à nonnullis de ſubreptione. Et tamen Leo X. in B. quæ incipit: *Quamvis in privilegijs*. dicit illud competere Minimis ratione communicationis privilegiorum, quam habent à Minoribus.

Item quòd aliquis Abbas poſſit adminiſtrare Sacramentum Confirmationis, eſt ſingulariter ſpeciale, & ſupra modum exorbitans. Hoc tamen conceſſum fuit Abbatibus Montis Caſſini. Cavæ & S. Mariæ de Florentia. Et quia Monaſteria Congregationis Caſſinenſis (cuius ſunt illa tria) habent inter ſe reſpectivam privilegiorum communicationem. Hinc Paul III. agnovit, & intulit, idem privilegium competere omnibus alijs Abbatibus eiuſdem Congreg. ut videre eſt in Bull Marg. *conſt.* 159. Audio tamen S. Card. Congreg. id vetuiſſe poſteà.

*Tertiò*. Confirmatur authoritate Doctorum, qui ita tenent & docent, & qui reddunt rem ſaltem probabilem, quod ſufficit, nam v.g privilegia Societ. Jeſu (ſaltem aliqua) ſunt ita ſpecialia, ut illi conceſſa ſint ſub clauſula, ne alij Ordines illis communicent, & ne Patres Societ. illis vtantur, niſi cum licentia ſui Generalis, & tamen Diana, Donat. Hinoioſa Martin. à ſancto Joſeph. & alij plures quos ego cito, alibi docent, his non obſtantibus communicari, & comprehendi ſub communicatione Generali: ergo, *&c.* 9

Sic privilegium miniſtrandi Euchariſtiam pro communione paſchali eſt valde ſpeciale, & non invenitur conceſſum niſi uni Monaſterio de Guadalupe, & tamen DD. dicunt lege communicationis jam ſpectare ad omnes Ordines, & ab illo Monaſterio fuiſſe communicatum omnibus alijs ejuſdē Ordinis, ab hoc vero Ordine ad alios derivatum.

Sic Privilegium quòd bona non poſſint præſcribi niſi ſpatio centum annorum, eſt ita ſpeciale, ut ſoli Romanæ Ec-

cleſiæ inveniatur conceſſum,&Monaſterio S. Pauli extra muros urbis, pro ſua reverentia, & tamen ego oſtendi *ubi de bonis* iam communiter omnibus Ordinibus attribui jure communicationis cum dicto monaſterio S. Pauli, *&c.*

10 Igitur concludendo & ſolvendo dubium, ſimulq; reſpondendo rationi in oppoſitum allatæ ego puto diſtinguendum eſſe inter privilegia exorbitantia ſeu ſpecialia, nam quæ ſimpliciter exorbitant, quia ſunt rara, & rarò vel ægrè conceduntur, ego puto communicari, at quæ exorbitant quia ſunt contraria ſtatui alicuius Ordinis, vel enormiter lędunt jus tertij, *&c.* (juxta ea quæ dixi ubi de communicatione. *v. fallit tamen*) Ego puto non communicari, & de his intelligo Authores contrarios.

## D V B. III.

*Quæ opinio probabilis? Et unde?*

*Ad c. 7. ſect. 1. de uſu privil.*

### S U M M A R I U M.

*1 Opinio quid.*
*2 Semper probabilis eſt.*
*3 De eadem re poſſunt eſſe diverſæ opiniones.*
*4 Licitè fit quod ex veriſimili ratione.*
*5 Opinio poteſt eſſe probabilis ex diverſis capitibus 12. & 27.*
*6 Author gravis quis.*
*8 Authoritatem Doctoris non reddere opinionem probabilem, negant aliqui.*
*7 Affirmant alij.*
*9 Quibus Author adhæret.*
*10 Nemo in lucem edit opera niſi diu trutinata.*
*11 Imprudentium eſt dicere aliquam opinionem eſſe improbabilem.*
*13 Opinio ſui magiſtri eſt cuiq; probabilis, & ſecurè poteſt eam ſequi.*
*14 Quid de opinione Amici, Confeſſarii, vel Prælati.*
*15 Multitudo ſequentium aliquam opinion[...] dit illam probab.*
*16 Opinio communis facit jus, & excuſat. Secus privata ibid.*
*17 Duobus modis ad aliquam opinionem [...] Doctores.*
*18 Opinio an probabilior, quò à plurib. tene[...]*
*20 In conflictu opinionum, quæ præferend[...]*
*24 In materia favorabili opinio unius Doct[...] fertur aliis, etiam communi.*
*25 Et quæ ſint cauſæ favorabiles.*
*26 Quando dubitatur de opinione alicuius [...] attendendum ad jura, & rationem [...] legat.*
*28 Poteſt haberi diverſa opinio de re eadem [...] pectum ad diverſa.*
*29 In agendo & conſulendo poteſt aliquis [...] niones varias, modò vitet ſcandalum*

OPinio non eſt aliud, quàm incl[...]tio intellectus in aliquam prop[...]tionem ex veriſimili ratione, unde [...] omne veriſimile eſt probabile, hin[...] quod omnis opinio ſemper eſt prob[...]lis, & ſimiliter quod non poteſt plus [...]re quam probabilitatem maiorem [...] minorem, pro maiori vel minori v[...]militudine Rationis à qua movetur [...]lectus. Nam ſi movetur ex evident[...] certa ratione iam non eſt opinio, ſe[...]tia; ſi ex falſa, error; ſi ex revelata [...] *&c.* Et quia eadem Ratio poteſt vider[...] veriſimilis, & alteri falſa, hinc fi[...] eadem re contingat non rarò eſſe d[...]ſas opiniones, vt quod unus conde[...] & reprobat, alter amplectatur. Q[...]rò in humanis is dicitur prudente[...]rari, & conſequenter licitè, & ſi[...]cato, qui ex veriſimili Ratione mo[...] ideo & Doctores communi conſen[...]ſerunt, tutum eum eſſe in conſcien[...] qui opinionem probabilem ſequit[...] quam illa veriſimilitudo facit. Pote[...]tem aliqua opinio dici veriſimilis [...]

probabilis ex diverſis capitibus, nempe vel ab Authoris gravitate vel conditione vel ratione, vel à plurium numero, quæ omnia placet hîc ſigillatim diſcutere.

6 Et quidē quod ad primum attinet, gravis Author dicitur, qui inter alios habet famam magnæ peritiæ *arg.* Gloſſ. *in c. licet ex quadam de teſtib.* Hoc eſt cujus dicta ſolent communiter in ſcholis recipi, unde illis appellatur Claſſicus. An autem opinio dici debeat probabilis hoc ipſo, quòd ab aliquo tali Authore aſſeritur, atque ideo ſecurè poſſit quis illam ſequi, affirmant D. Tho. *quodl. 3. a. 10.* Filliuc. *to. 2.*
7 *tract. 21 c. 4. n. 134.* Baldell. *in ſum. lib. 4. n. 1.* Machad. *in perfec. confeſſ. diſcurſ. pract. a. 24. 1.* Et Steph. de Gaeta in *c. ad limina. 30. quæſt. 1.* Ad quod facit, quòd argumentum ab Authoritate Doctorum admittitur communiter à Juriſperitis per *cap. omnes. de ma. & ob.*

In contrarium tamen videtur facere dictum S. Bened. in ſua Reg. cap. 3 *Sæpe juniori revelat Deus, quod melius eſt.* Unde Chriſtus. *Confiteor tibi Pater, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis.* Huic convenit vetus illa paroemia Gellij apud Eraſm. Chiliad. 1. *in Adag.* *Sæpe etenim Olitor valde oportuna locutus.* Et illud Ciceron. in qq. Tuſcul. *Sæpe ſub ſordidis pallio latet ſapientia.* Unde Panor. in *c. Capellanus. de fer.* & Tabiena *v. opinio.* dicit, quòd in deligenda opinione non eſt habendus reſpectus ad perſonam, quæ illam tenet, ſed ad pondus Rationis illius, quia non quæritur quis, vel qualis prædicat, ſed quid. *can 2 d. 19.* Nec perſonæ honorabiliori creditur, ſed ei, quæ aptiora dicit. *l. 3. ff. de teſtib.* Adeò ut neq; ſanctitas, neque Authoritas proſit, ad hoc ut alicui facilius credatur, ut notat Gloſſ. *cap. fin. d. 9.* Et ſit generale, ut Doctorum dicta non accipiantur, niſi ſecundum ea, quæ allegant, ut monent Natta *in clem. ſæpe. de verb. ſign. §. quæ omnia.* Barth. & alij *l. non ſolum. ff. de lib. leg.* Et eatenus ſolùm illis credatur, quatenus Lege vel Ratione probant, *arg. can. 1. d. 20.* non verò quando malè aut nihil allegant ſecundùm Gloſſ. *cap. 1. de conſt. cap. qualiter de accuſ. & l. 1. C. de leg.* Ad quod facit quòd in qualibet facultate Authores etiā magis graves convincuntur erràſſe, & opiniones tenuiſſe, quæ nunc paſſim ab omnibus exploduntur, de quo poſſunt exempla luculenta videri apud S. Antoninum *in ſum. p. 4. tit. 11 c. 8.* Et legi Aſor. 1. *p. inſt. lib. 2. c. 9.* Caſſan. *in cat. glor. mun. p. 1. conſ. 7.* Tiraquell. *l. 11. connub.* Gloſſ. *1. p. 11.* Gloſſ. *in rubr. de vet. jur. enucl.* Barboſ. & alij qui ſcribunt in *l. potioris. eod. de off. rect. prov.*

Verùm his non obſtantibus ego do ma- 9
nus D. Thom. & alijs in initio citatis. Ac cenſeo, authoritatem Doctoris reddere ejus opinionem probabilem. Licèt enim ſit difficile, reperire aliquē Authorem, qui non habeat aliquas opiniones, quæ nō admittuntur, eò quòd contrarijs Rationibus fuerint confutatæ, & error detectus. Attamen quantùm ad alias hoc ipſo cenſentur admitti, quòd in ſcholis non reijciantur, vel ſaltem ſuæ naturæ
relinqui. Moveor, quia ut bene monet 10
Laym. *to. 1. tract. 1. cap. 5. §. 2.* ſemper præſumendum eſt omnem Authorem valde exactè perpendiſſe ſuas rationes, antequā aliquam opinionē in lucem dederit. Unde Palau. *to. 1. d. 2. par. 2. n. 4.* Joan. Sanch.
*in ſelect. d. 14. n. 8.* Et Tho. Sanch. *in ſum.* 11
*to. 1. c. 9. n. 6.* imprudentiæ arguunt eum, qui alicujus Authoris opinionem improbabilem dicit, eò quòd pro contraria habet Rationem, quæ ſuam mentē convincit, quia licèt non poſſit huic Rationi reſpondere, fortè poterit alius, & valde facilè, adeò ut ſibi perſuadere debeat, vide-

ſibi multas Rationes convincentes, & indiſſolubiles, quæ tamen ab alijs facilè ſolvi poſſunt, & ita quotidianâ experientiâ probamus, cùm econtra ego poſſim rationabiliter & ſine nota imprudentiæ credere Authorẽ illum, cujus opinio mihi diſplicet, non acquiſiviſſe famam & authoritatem, niſi propter eruditionis eminentiam, atque inde ſimiliter ego poſſum contra meum ſenſum ejus opinionẽ ſequi, & credere me non ſufficienter penetrare vim Rationum illius, vel aliàs illũ habuiſſe, quas tacuit, & quas ſi ſcirem, vel ſufficienter intelligerem, mihi probabilis videretur ejus Opinio.

12 Imò non ſolùm probabilis Opinio debet reputari ea, quæ aliqua Ratione probabili ſuffulta invenitur apud antiquos Authores, ſed etiam ea, quàm de novo aliquis novus Doctor adinvenit, ſi eſt probatus & aliàs communiter receptus. De quo ſic loquitur Machad *in perſ. confeſ. diſcur. pract. a. 2. §. 1. Es tambien opinion probable, la que de nueuo leuanta, o funda non ſolamente qual quiera Autor en ſus eſcritos, ſino tambien qual qui era hombre docto en ſolo ſu parecer, aunque ſea contra mas probable commun y recibida opinion. (Et ita tenent Vaſch. Aſor Villalob. Sayr. Palau. & Henriq.) De donde proviene que como nota il miſmo Sanch. en la diſpot. 44 muchas opiniones, que en otros tempos non ſe defendieran con tanta libertad, Las han introduzido deſte modo hombres doctos, las quales con el tiempo y conſideration hanc cobrado tantas fueras, de probabilitad que oy ſon opiniones comunement admitidas y comunes &c.* Addit *ibid.* idem Machad. ex eod. Joan. Sanchez ſimiliter eſſe opinionem probabilem, *non ſolamente que de nueuo leuanta y tiene el Doctor probando la ex profeſſos, con razones, i fundamentos ſino tambien la que trahe incidentemẽt e por ilation o explication, de otra doctrina.*

13 Quantùm ad ſecundùm de conditione ſeu qualitate Authoris, an ex ea red- datur Opinio probabilis? Quæri pote- de Opinione ſui Magiſtri, ſui Prælat- Confeſſarij vel Amici, & quidem de Magiſtro S. Antonin. *3. p. tit. 5. cap. 2. §.* Aſor. *to. 1. lib. 2. cap. 17. quæſt. 9.* Ang- & Tabien. *v. Opinio.* Mach. *ſupra cit.* communiter alij affirmant. Nam me- Magiſter quoad me eſt Author grav- & non præſumitur ſuſcepiſſe munus d- cendi, niſi foret bene peritus. Atque- deo, quæ de gravi Authore dicta ſunt- perius, debent per proportionem dic- Magiſtro docente. Quantùm ad Ami- præſumitur quidem non velle decipe- ſed amicitia non facit doctum, nec- Opinio ex hoc ſolo capite quòd ami- cus, redditur probabilis. Idem dicen- Prælato & Confeſſario, licèt pro bo- animarum excuſetur, qui ejus opini- & conſilium ſequitur.

Quantùm ad tertium de numero D- ctorum, an hoc ipſo aliqua Opinio po- dici probabilis, quòd à multis tene- Affirmant Layman. *lib. 1 tract. 1. ca-* Leand. *de præc. Eccleſ. tract. 5. d. 4. q. 18* Baucius *in caſibus conſc. ſingul. 281.* ſeph. de Januar. *de caſib. reſer. reſ. 37.* M- tin à S. Joſeph. *in monit. confeſ to. 1.* *1. tract. 24.* Gaeta. *cap. ad limina. 30. q.* *1. §. 1.* Butr. *cap. de judicijs. 3. quæſt. 3.* *novimus. de verb. ſign.* Felin *cap. can-* *de conſt* & Gloſſ. *c. fin. d. 1. de pænit. &* *de poſt. Præl. in 6.* Addũt Fulgoſ. *conſ 32.* *201.* Barbat. *conſ 17.* & Alij *in l. fin.* *off. præt.* Opinionẽ communem jus fa- Unde qui eam ſequitur, etiam nõ ſuffic- ter diſcuſſã excuſatur à peccato, qua- vis deinde inveniatur falſa ſecund- Panor. *cap. Capellanus. de fer.* Pro quo- ciunt *l. Reg ff. de jur. & fac. ignor. c. fin.* *ſponſa duor. & cap. unic. cum* Gloſſ. *de poſt. Præ-* *lat. in 6.* Et ſimiliter excuſatur in foro c-

terion

teriori à pæna, ſi non à toto, ſaltem à tanto ſecundùm Steph. de Gaeta. & Joan. Andr. *in cap. alma. de ſent. exc. in 6*. Cùm econtra in nullo excuſetur, ſed potiùs litem faciat ſuam, qui contra opinionem communem iudicat ſecundùm Gemin. *c. quis neſciat. d. 11*. Butr. *cap. ex litt. de ſponſ.* An. car. *clem. ne Romani. de elect.* Barth. *l. fin. C. de pœ. iud. qui male iud.* & Angel. *eod. & l. terminato. eod. de fruct. & exp. lit.*

17 Nota tamen, poſſe duobus modis contingere, ut multi Authores teneant eandem Opinionem, & ſic faciant illam cõmunem, nempe vel quia poſteriores ſequuntur aliquem primum, qui talem Opinionem adinvenit, ſeu quia ex profeſſo non tractant illam materiam, ſeu quia illius primi ſola authoritate ducuntur quomodo Thomiſtæ, Scotiſtæ, Nominales, & eiuſmodi alij ſectarij ſuas opiniones divulgant, & hoc modo non dicerem Opinionem communem, quam v. g. multi Thomiſtæ ſequuntur ex hoc ſolùm quòd ſunt multi, quia unus aliũ ſequitur, imò & ſequi tenetur, & eodem modo loqui, & ita docent Alex. *conſ. 202. vol. 7*. Menoch. *lib. 2. præſumpt. 71*. Alciat. *reg. 1. præſumpt. 5*. Aſor. *to. 1. inſt. lib. 2. cap. 13* & Navarr. *in man. cap. 27 num. 289*. Vbi tales Doctores comparat ovibus & volucribus, quæ primæ viam ſequuntur abſque delectu, ſed ſolùm quia illa præcedit. (*a*)

Alio verò modo contingit aliquos ſequi unam Opinionem, nempe quia tractantes ex profeſſo de eadem materia in eandem ſententiam conveniunt, nõ prioris ſolùm authoritate inducti, ſed pondere Rationum bene diſcuſſarum. Et hoc modo ſex, decem, vel octo Authores faciunt Opinionem communem ſecundùm Navar. *cit*. Et ut ait Aſor. *item citat*. quando ſex aut ſeptem Authores eandem materiam tractant, ſi ex his quinq; in unam ſententiam circa aliquod punctum conveniant, dicetur opinio cõmunis. Vnde collige cum eodem Navarr. poſſe contingere, ut de eadem re habeantur duæ Opiniones contrariæ, & tamen communes, ſi v. g. ſex aut octo ex duodecim, qui rem profitentur, in unam partem abeant, & alij in contrariam.

An verò aliqua Opinio dicenda ſit pro- 18
babilior, & præeligenda, quò à pluribus deffenditur, affirmat Bald. *l. 1. ff. de off. quæſt.* Et videtur Gaeta ita etiam tenuiſſe *in can. ad limina. 30. quæſt. 1. §. 1.* ubi talem opinionem dicit favorabiliorem. Facit & quod ait Panor. *in cap. canonum de conſt.* maiorem partem ſemper meliùs inveſtigare veritatem, facit item quòd Iuriſperiti admittunt argumentum â numero Authorum, per *cap. omnes de ma. & ob. cap ſignificaſti. 2. de homic. & l. antiqui. ff ſi pars hæred.* Verùm repugnat *l. 1. C. de vet. jur. enucl.* In qua Impe- 19
rator dicit, non eſſe ex Authorum numero, ſed vi Rationum judicandum, quid ſit melius. Quare ego puto attendendum eſ-
ſe in conflictu opinionum, & dum plures 20
in unam conveniunt, an ex profeſſo de re controverſa tractent, nam ſi per tranſennam, parvi mihi videtur momenti eorũ in tali occaſione Authoritas & numerus, unde Navarr. *ſupra cit. loco.* ait ſe certiorem & magis comunem reputare opinionem, quam 10. vel 8. ex profeſſo tractant, præ alia quam 50. ſolùm per tranſennam. Inter eos verò qui rem ex profeſſo tractant, ego puto ſecundò attendendum eſſe ad eorum conditionem, nã
ſi ſunt eiuſdem ſectæ: etiam ſi mille fo- 21

(a) Hic Author cum temperamento & grano ſalis intelligendus eſt, non enim integram D. Thom. aut Scoti Scholam ignavo balantium pecorum Gregi comparaſſe cenſendus eſt, quaſi utraque hæc Claſsis nulla plerumq; Ratione ſed ſola Authoritate ducta velut cæca in ſui Doctoris veſtigia ire ſoleat. *Abſit*. Verùm illos Caſuum Conſcientiæ Doctores quoſdam reſpexiſſe videtur, qui bus neglecto Rationum pondere non jam *Angelicum* vel *Subtile*, ſed quilibet ex plebe recentiſsimus Author pro Oraculo eſt.

rent, non reputarem tamen niſi pro uno, ut ſi ſunt Thomiſtæ, Scotiſtæ, *&c.* Omnibus enim non eſt niſi unũ os, & unus calamus: unde ſicut ego dixi ſuperiùs non facere eorum numerum Opinionem communem, ſic neque multitudo reddit probabiliorem. Quòd ſi inter diverſos Au-
22 thores nulli ſunt ſectarij, & omnes ex profeſſo quidem rem tractant, ſed ſunt diverſæ facultatis, ego puto ijs potiùs credendum, & Opinionem eorum veriorem, qui ſint hujus facultatis periti ad quam pertinet res illa, de qua tractant, ut Medicorum in rebus naturalibus, Theologorum in moralibus, Juriſtarum in forenſibus, &c. per *l. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. hom.* & notata *ibi* à DD. & Decio. *in cap. propoſuiſti. de probat.* & Angel. *v. opinio.* Quòd ſi Doctores tractant de re ex profeſſo, & ſunt eiuſdem facultatis
23 eorum Opinio dicenda erit probabilior, qui fortioribus nituntur Rationibus, & in hunc modum Panor. *in c. Canonum de conſt. & c. prudentiam de off. del.* & *ibi* eius Gloſſat. dicit intelligendum Baldum, cùm dixit ſequendam eſſe Opinionem, quam plures tadunt, nempe quando meliores Rationes allegant.

24 Fallit tamen hæc doctrina in materia favorabili, pro qua dũ unus Doctor ſtat, & allegat Rationem eius ſententiæ adhærendum eſt & Opinioni contra communem, & etiam ſi ille ſolus ſit, omnes verò alij contrarij. Ut in cauſa Matrimonij
25 pro eius validitate & manutentione ſecundùm Hoſt. Abb. *cap. ſi vir. de cogn. ſpir.* Felin. *cap. 1. de ſponſ.* Nald. *v. Doctor.* Sanchez. *lib. 1. de matr. d. 18.* Dian. *to. 10. reſ. 19.* Everard. & alios.

Pro poteſtate Claviũ ſecundùm Hoſt. *cap. rurſus. qui cler. vel vou.*

Pro juramento. *arg. cap. cum contingat. de jur. jur. & cap. quamvis. de pact. in 6.*

Pro rebus Pijs & Religioſis *l. ſunt pe*
*ſonæ. ff. de rel. & ſumpt. fun.*

Pro perſona miſerabili *d. 85. per tx.*

Pro validitate actus *l. quoties. ff. de re*
*dubiis.* Et *de verb. ſign.*

Pro teſtamento, libertate &c. *c. fi.*
*re iud. & l. quoties dubia. ff. de Reg. iur.* Ad
& pro privato contra Fiſcum, ſi Fiſc
ſe fundat in delicto, aliàs ſecus *l. 2. C.*
*iur. fiſci. lib. 10.* & Mattheil. *not 13.*

Ubi verò dubitatur de dicto alicu
Authoris obſcuriori recurrendum eſt
jura, quæ ille allegat, ut ſecundùm
mens eius intelligatur, ut monet Ba
*l. non ſolùm §. liberationis. ff. de lib.* l
Paul. *conſ 388.*

Ultimum caput, ex quo poteſt ali
Opinio dici probabilis, eſt propter ra
nis p ndus, & hoc eſt melius & cert
adeò ut ea Opinio ſit ſemper veriſimi
atque ob id præferenda, quæ melior
& firmioribus fulcitur Rationib
quamvis fortè ſit paucorum, ſecun
Panor. *cap. Cappellanus. de fer.* Jaſ.
*noviſſima. C. de inoff teſt.* & Decium
*259* Imò quamvis ſit fortè unius, u
Aſor. *to. 1. inſtit. lib. 2. cap. 16. quæſt. 6.*
etiam ſui ipſius tantùm, quando ha
Rationem manifeſtam ſecundùm eu
*cap. 17. quæſt. 6.* Guttier. Navarr. So
& alios apud Zambran. *cap. 1. dub. 1*
Bonac. *d. 2 de legib. quæſt. 4 par. 9.* ub
hoc plura exempla congerit.

Addo *primò* circa eiuſmodi Opin
delectum interdum contingere, ut e
in utroque foro poſſit, & debeat qu
eadem re credere, eſſe veram quoa
num effectu propter vim Rationis
& falſam quoad alterum propter vi
terius. *arg. cap. dominus. de ſecund. n*
*cap. inquiſitioni. de ſent. excom.* ubi e
mulier de eodem viro debet credere
ſuum Maritum ad effectum redden
bitum,

bitum, & non eſſe ſuum ad effectum exigendi, ut notat Navarr. *in ſum. cap. 27. num. 288.* Et ſic de alijs.

23 Addo 2. quòd quando ſunt duæ Opiniones probabiles, poteſt quis agere vel reſpondere modò ſecundùm unam, modò ſecundùm alteram: quia cùm ex Ratione probabili ſemper agat, ſemper verum dicere eum prudenter agere, atq; ideo tutâ conſcientiâ vitare tamen debet ſcandalum, ne videatur falſus, ita Beccan. *tract. 1. cap. quæſt. 7.* Valent. *to. 3. de quæſt. 7. par. 4.* Lopez *p. 1. inſtr. cap. 120.* Navarr. *in Man. cap. 26. num. 4.* & Laym *lib. 1. Tract. 1. c. 1.*

Et ita aliquando facit Diana. De quo Dicaſtill. *tom. 1. de ſacram. tract. 4. d. 50. dub. 5.* ſic loquitur: *Ecce hic Author ſibi contrarius eſt* id tamen (quod illi ſemel non contingit) *non reprehenſione, ſed gratiarum actione dignum eſt: Nempe vir pro communi bono laborans, & communi utilitati ſerviens, plurima lectione dives & copioſus pro ocurrenti conſultantium neceſſitate (aut etiam deſiderio) iam huic, iam illi parti adhæret, quando pars utraq; probabili Ratione & Doctorum virorum Authoritate nititur & in praxi utrumvis operari tutum eſt. Voluit autem nobis in medium proferre ad hunc ipſum finem, quid in una, quid in alia occaſione reſponderet.* Etto. 2. tract. 8 d. 9. dub. 2. *Non vitio ſed laudi potiùs vertendum eſt, quòd reſolutiones illius variæ ſint & quandoq; oppoſitæ. Nempe ſcopus illius eſt, tam confeſſarios quàm pænitentes inſtruere, ut ſecundùm probabiles Opiniones etiã forte contrarias poſſint ſe tuta conſciẽt. dirigere.*

## DVB. IV.

### *An abſtinendum Privilegio, quod aliqui Authores affirmant revocatum? Ad c. 8. §. 2. a. 1.*

SUMMARIUM.

1 *Nemo tenetur abſtinere privilegio de cuius revocatione non conſt. 1.*
2 *Aſſertio Doctorũ non operatur niſi probabilitatẽ.*
3 *In allegationibus revocationum plerumq; erravere Doctores.*
4 *De quo inducuntur exempla & ſeq.*
10 *Etiam ſi plures ſimul allegant revocationem, poteſt tamen quis eis recuſare conſenſum, donec ſibi conſtet, de quo exemplum.*

NOn parvam confuſionem circa uſũ 1
privilegiorum invexere Doctores alijs certas revocationes intrudentibus alijs eaſdem negantibus. Cæterùm, ut dubio propoſito ſummariè reſpondeam, quando de conceſſione alicuius privilegij certò conſtat, nemo tenetur illo abſtinere, niſi ſimiliter de revocatione certò illi conſtet. At quia aſſertio unius aut
alterius Doctoris aut etiam plurium nõ 2
inducit certitudinem, ideo nec ad dictum eorum, qui revocationes allegant tenetur quis abſolutè credere, & privilegio abſtinere. Et confirmatur, quia dictum Doctorum non generat niſi Opinionem probabilem, quam nemo tenetur ſequi, & hoc in ſuum præiudicium, & maximè quando eſt in poſſeſſione contrarij,

Quòd verò relationes Authorum alle- 3
gantium revocationes non ſint certæ, ſed
plerumque deceptoriæ & falſæ, atque 4
ideo parum curandæ, patet inductione, nam v.g. Bullam: *Etſi mendicantium.* In qua Pius V. plurima diſponit in favorem Regularium revocatam à Gregor. XIII. per aliam, quæ incipit: *In tanta. Affirmant* Bravus *in tract. monaſt. c. 1. num. 9.* Diana *to. 11. tract. 2. reſ. 6.* Et alij apud ipſos. *Negat* Chaſſ. *par. 1. tract. primo c. 5. prop. 6.* vbi plures alios ad hoc allegat, ac pluribus rationibus probat.

EandẽBullam: *In tanta*, revocatoriam 5
privilegiorum promulgatam vim legis habere, & ſervandam eſſe conteſtantur Cherubin. *in compil. bull. to 2. conſt. 9 Greg. 13.* Piaſec. *in pra. p. 2. cap. 3. num. 6* Bravus, & Dian.

& Dian. *citati* aliique non pauci. Neq; promulgatam neque intimatam, econtra affirmat Peyrin. *to. 2. conſt. 7. Pij V. §. 1.* Neque item promulgatam, neq; uſu receptam, ſcribunt Chaſſahing. citat. Henriq; *lib. 7. de indulg. cap. 24.* Tho. à. Jeſu. *de procur. ſal. om. gent. lib. 2. cap. 8.* Lamas *in meth. par. 1. cap. 7. §. 6.* Cokier. *2. 2 quæſt. 123.* Sorb. *v. proceſſus. & v. interdict* Roderic. *in addit. ad ſum. to. 4. c.* 105. Et Navarr. *in man. cap. 27. in fine.*

6 Item an privilegia extincta reviviſcant per confirmationem ſubſecutam cum clauſula: *ex certa ſcientia*, alijſve ſimilibus? Negat Diana *to. 11. tract. 2. reſ. 7.* Et pluribus annititur probare; affirmant Sebaſtian. à Bonon. *in ſelect p. 2. cap. 4. dub. 73.* Bordon. *in conſ. regul. to. 2. reſ. 50* Donat. *to. 1. rer. regul. tract. 11. quæſt. 3.* Et plures alij quos ego citavi, ubi de eiuſmodi clauſulis. Quibus ſubſcribit Iuniper. *in deffenſ. iur. pont. d. 2. quæſt. 2. cap. 3.* Quando Pontifex movetur ad talem cōfirmationem ex proprio affectu erga Religionem, cui confirmat privilegia.

7 Item an Abbates poſſint ordinare Clericos ſæculares cum ſola licentia ſuorum Superiorum? Nald. adducit declarationem Cardinalium pro parte *negativa*, Margar. verò in ſuo bullar. adducit aliam eorundem pro parte *affirmativa*. de quibus ubi de Ordinibus conferendis.

8 Item an Abbates poſſint ſuos Monachos in Diaconos ordinare per communicationem privilegiorum Ciſterc. Affirmat Caſſahing. Temerarium ait Diana *to. 11. tractat. 2. reſ. 17.* Et hoc (inquit) propter S. Congreg. decretum contrarium, quod aſſerit, ſe ad longum referre in ſuo *to. 7. tract. 2. reſ 42.* Et tamen *ibi* nullum refert, ſed dicit ſe non audere quoad hoc proferre ſententiam, & illam expectare à S. Congrega[...] ne.

Item an poteſtas abſolvendi à caſib[...] Papæ occultis conceſſa à Trid. Epiſco[...] revocetur ſingulis annis quoad ca[...] Bullæ Cœnæ Domini, in ejus promulga[...] tione. An poteſtas data Regularibus [...] abſolvendum à caſibus, quos Epiſc[...] ſibi reſervant, ſit ſublata per conſt[...] tiones Vrb. VIII. & S. Congregation[...] *affirmant* alij, & *negant* alij, vt ſuis lo[...] notavi; & ſic de pluribus eiuſmodi p[...] vilegijs, quæ vitandæ prolixitatis c[...] ſubticeo contentus hæc pauca pro[...] fuiſſe, & oſtendiſſe, quàm varij [...] Authores in allegandis revocati[...] bus.

Vnde quia non poteſt fieri ut qui[...] beat omnes libros dum conſtat de le[...] ma conceſſione alicuius privilegij, [...] ſtatim tenetur eo abſtinere, quamv[...] gat apud aliquem Authorem eſſe rev[...] tum. Imò quamvis fortè inveniat [...] octo, vel 10. idem affirmantes, qui[...] teſt credere, hos omnes ex eodem p[...] cipio errare, & unum ſecutum [...] alium in alleganda revocatione, & [...] deeſſe alios, qui econtrariò dicant [...] huc valere, ſufficitq; ad continuan[...] in eius uſu, ut vel unum (licèt ſol[...] habeat, quia (iuxta tradita ubi de O[...] nione) eius dictum facit rem prob[...] lem, & ſic licitam, de quo Diana rel[...] nobis ſatis luculentum exemplum [...] *ſuo 7. tract. 2. reſ. 22* ubi propoſito d[...] *An virtute decreti Tridentini, quo occult[...] abſolutio relinquitur Epiſcopis, poſſint illi [...] vere à violatione clauſuræ montalium?* re[...] id negare Barboſ. Chapeauil. Zech. C[...] ph. Gavant. & Alzed. propter decl[...] tionem S. Cardin. Congreg. in qu[...] ſe fundant. Ipſe verò econtra affirm[...] poſſe ut antea, ab hoc caſu Epiſcopos [...]

ſol-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſolvere & de illa revocatione ſeu declaratione S. Congr. non conſtare authenticè, ſicut igitur Diana defendit hanc Epiſcoporum poteſtatem, & recuſat credere ſex Authoribus (& quidem gravibus) de revocatione teſtantibus ſolùm, quia ſibi non conſtat authenticè de illa revocatione. Ita à pari quamdiu aliquis Religioſus non habebit authenticam certitudinem de revocatione alicuius privilegij poterit ſemper in eius uſu continuare, quidquid interim fortè apud Authores legat.

## DUB. V.

*An Regularis ſibi conſcientiæ ducere debeat, ſi non ſervat Conſtitutiones Apoſtolicas, vel S. Congr. moderantes, vel revocantes Privilegia.*

Ad Art. I. cit.

### SUMMARIUM.

1 *In Papa ſumma poteſtas ad leges ferendas; in Regul. obediendi neceſſitas.*
2 *Ut conſtitutiones revocantes privileg. valeant, debent habere omnes conditiones legis.*
3 *Ut lex aliqua valeat, plures requiruntur conditiones & quæ & ſeq.*
4 *Ignorantia, Inadvertentia & Oblivio excuſat à tranſgreſſione legis.*
6 *Lex quæ ſe fundat in præſumptione, non obligat.*
7 *Quod habet locum reſpectu Particularium.*
8 *Ceſſante fine legis ceſſat illa etiam reſpectu caſus privati aut Perſonæ privatæ & 9.*
10 *Lex non obligat, quando aliunde habetur finis.*
12 *Vel quæ eſt ad illum inutilis.*
11 *Leges omnes admittunt epicheiam.*
13 *Regulares ſunt in poſſeſſione ſuorum privil. Et nunquam tollentur ſine cauſa.*
14 *An revocationes privil. ſint juſtæ ex quatuor cauſis.*
15 *Revocationes privileg. non obligant, niſi juridicè notificatæ.*
16 *Quod hactenus non fuit factum.*
17. *Declarationem & conſtit. multitudo intulit confuſionem circa privilegia.*
18 *Ubi revocatio aliqua non eſt recepta, non peccat, qui ſe ei non conformat.*
19 *Paucæ verò revocationes privil. ſunt receptæ.*
20 *Revocationes privil. factæ ſunt ex falſo fundamento. Et ſunt inutiles ad finem intentum.*
22 *Per epicheiam poteſt credi non eſſe voluntatis Papæ, ut Regulares obediant revocationibus privil. ſibi nimiùm damnoſis.*
23 *Quod habet locum etiam in privatis fratribus.*

PRO ſolutione hujus dubij ſuppoſita in Papa ſumma poteſtate ad ferendas leges, & in Regularibus abſoluta obediendi obligatione ego pono ſequentia fundamenta. 1

*Primum*, ad hoc, ut Conſtitutiones Sanctiſſimi, vel S. Congreg. moderantes, vel revocantes privilegia obligent, debent ferri & promulgari ad inſtar legum. Atque ideo quidquid Doctores exigunt in aliqua lege, ad hoc ut vim obligandi habeat, hoc totum requiritur in ejuſmodi conſtitutionibus, nam & ipſæ ſunt leges propriè dictæ. 2

*Secundum*. Ut lex aliqua obliget, debet eſſe juſta ex 4. cauſis, ut cum D. Tho. docent Theologi 1. 2. *quæſt.* 96. *ar.* 4. Et cum Panor. Canoniſtæ *in cap. Canonum. de conſt.* Nempe ex parte *efficientis*, quia debet ferri à legitima poteſtate. *Finalis* quia ad bonum commune eorum pro quibus fertur *formalis*, quia debet eſſe rationabilis, (quia ratio eſt anima legis.) Et *materialis*, quia debet eſſe de re tum honeſta, tum poſſibili & facili. Quæ poſſibilitas & facilitas, ut ait Sot. *lib.* 1. *de juſt. quæſt.* 5. *ar.* 3. *ſumi debet ex ſubditorum ingenio & conditione, ut poſſibile hoc loco accipia-* 3

*accipiatur pro eo quod non eſt difficile*. Quod ſcitè explicavit Iſid in *can. erit. d. 4.* vbi ait legem debere eſſe *ſecundùm naturam & conſuetudinem*.

4 *Tertium*. Sicut lex non Promulgata nõ obligat, quia non ſortitur ſuam naturam niſi in promulgatione. *can. in iſtis. d. 4.* ita nec ignorata. Aut ſaltem ignorantia excuſat, ſi non eſt penitus craſſa & ſupina. *cap. ut animarum de conſt. in 6.* Sot. *in 4. d. 13. quæſt. 2 ar. 3.* Vaſch. *1. 2. d. 148. cap. ult.* Rodriq; *in ſum. to. 1. cap. 196.* Armil. *v. præceptum.* Caiet. *v. præcep. tranſgreſsio.* Sylv. *v. ignorantia. quæſt. 5. num. 10. & v. inobedientia. num. 3.* Et Navarr. *in man. cap. 23. num 59.* Vbi dicit idem de inadvertentia vel oblivione. Cui ſubſcribit Sanch. *in ſum. lib. 1. cap. 16.* & Bonacina *d. 2. de peccat. quæſt. 8. p 3.*

5 *Quartum*. Quamvis lex ſit de ſe bona, ſi tamen non fuit uſu recepta (etiam ex malitia ſubditorum) poſt legitimum tẽpus & ſufficiens ad præſcriptionẽ, ceſſat, aut ſaltem non obigat ſucceſſores illorum à quibus fuit (quamvis per abuſum & malitiosè) repudiata. Dominic. *cap in iſtis. d. 4. & cap. 2. de conſt.* Felin. *cap. 2. de treuga.* Maior. *in 4. d. 14. quæſt. 4.* Valent. *1. 2. d. 7 quæſt. 5. p. 5* Salas *de legib. d. 13. ſect. 1. & 5* Leſſ. *lib. 2. de iuſt. cap 22. dub. 13.* Dried. *lib. 1. de libert. Chriſt. cap 1. conſ. 2.* Aſor. à Caſtro Reginald. Navar. Filliuc. Armill. & Alij.

6 *Quintum*. Lex quæ ſe fundat in præſumptione non obligat, ubi conſtat de veritate in oppoſitum, *cap. inquiſitioni. de ſent. exc.* Canoniſtæ *cap. is qui fidem de ſponſ.* & Legiſtæ *l. cum quis C. de jur & fac ignor.*

7 Quod dictum generale habet locum ſecundùm DD. non tantùm reſpectu communitatis, ſed etiam perſonarum particularis ipſius, ut ſi lex prohibet aliquid propter periculum, quod in me non reperitur, nec etiam illa me obligat &c.

*Sextum*. Sicut ceſſante fine legis in [...] verſum ceſſat lex, ſi quando ceſſat in [...] caſu, nec quoad illum lex habet locum [...] Abb. *cap. quia. in inſulis. de regul.* Navar. [...] *4. in rubr. de judic. num 74.* Diana p. [...] *10. reſ. 28.* Lopez. Ledeſm. & alij ap[...] Palau. *to. 1. tract. 3. c. 5. p. 1.* Et ſimili[...] ceſſat reſpectu unius perſonæ, illa e[...] lege libera Mendoza 2. 2. *to. 1. d. 74.* [...] 3 & plures alii quos citat & ſequitur [...] ſon. *in ſum. v. lex. num. 18.*

*Sept*. Quando poteſt obtineri fin[...] tentus à lege, aut iam aliunde hab[...] non peccat, qui legem non ſervat. A[...] ab ex ea *c. canonum de conſt.* Archid. [...] *nam d. 76.* Gemin. & Prepoſ *eod.* Ad[...] faciunt notata à Riminald *cap quæ* [...] *cleſiarum, de conſt.* & Panor *cap. quon*[...] *probat* Quod quando aliquid præcip[...] vel prohibetur, non propter ſe, ſed [...] pter aliud, tunc præceptum vel pro[...] tio non obligat, ſi illud aliud habetu[...] cavetur ſufficienter aliunde. Vnde [...] citati *notabiliter* dicunt, non ſemper [...] nes ſubditos teneri æqualiter ad le[...] ſed alios plùs, alios minùs, alios non [...] ratione finis intenti ab illa.

*Octavum*. Omnis lex humana ad[...] epicheiam, ſeu quoad diſpenſand[...] illa, ſeu quoad ceſſationem illius o[...] tionis. Vnde DD dicunt commun[...] quòd quæ non poteſt ſervari ſine [...] incommodo, per epicheiam non ob[...] idemque dico, de alijs caſibus æq[...] lentibus.

*Nonum*. Lex, quæ eſt inutilis ad [...] intentum, non obligat, quia ad [...] nemo tenetur.

*Decimum*. Regulares ſunt in poſſe[...] ne ſuorum privilegiorum. Et illa p[...] dent tanquam iura quæſita, & bona [...] rum Monaſteriorum & Ordinum, [...] cut illa non acquiſierunt gratis, Ita [...] co[...]

concederetur, poſſe Papam etiam ſine cauſa illa tollere. Id tamen nunquam evenit, nec eventurum putatur, cùm repugnet prudenti regimini credito Sedi Apoſtolicæ, & operanti clave non errante. (a)

His poſitis, poſſet quæri ex fundamento *ſecundò*, an conſtitutiones moderantes vel revocantes privilegia ſint juſtæ ex 4. cauſis ibi notatis. Nempe ex parte finis, an revocatio vel reſtrictio privilegiorum conducat ad bonum Regulariũ, & utilitatem communem fidelium, ad quorum favorem Regulares illis ordinantur. Ex parte cauſæ materialis poteſt interrogari, an ſublatis vel reſtrictis privilegijs facilè ſit fidelibus, omnis ſexus, omnis ætatis, omnis conditionis, devotis & duris, ſeu in peccato inveteratis recurrere ad Papam, vel ad Epiſcopos, pro Sacramentis, abſolutionibus, diſpenſationibus, benedictionibus, & alijs ejuſmodi ſibi neceſſarijs. An inquam poſſint ſic recurrere ſine diſpendio ſuæ animæ. An ſemper omnibus ſuppetant ſumptus ad hoc neceſſarij? Ex parte verò cauſæ efficientis nemo diſputat de poteſtate legislativa Papæ, at an hæc itidẽ competat Cardinalibus non modò non diſputatur, ſed abſolutè negatur, ſolummodò poteſt eſſe controverſia de conſtitutionibus quas faciunt habito verbo cũ Sanctiſſimo, de quibus infra. Demum quantùm ad cauſam formalem earundẽ conſtitut. quæ conſiſtit in ratione debet ex præcedentibus cognoſci, tunc enim conſtitutio dicitur rationabilis, & conſequenter juſta & obligatoria, cũ finis eſt juſtus, & materia bona, modo explicato.

15 *Ex tertio* fundamento ignorantiæ, oblivionis vel inadvertentiæ. Eſt notandũ *primò*, quòd tam Sanctiſſimus, quàm Eminentiſs. Patres volunt, ut ſuis conſtitutionibus fides adhibeatur non cæco modo (ſciunt enim Regulares non eſſe muta pecora) ſed tunc cùm eis ſeu ipsũ originale alicujus exhibebitur, ſeu ſolum exemplar etiam impreſſum, modò manu Notarij publici & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ atteſtatum. Et ne fortè cum tempore ejuſmodi conſtitutiones oblivioni tradantur, jubent Iidem Sanctiſs. & Patres Eminentiſs. ut certis vicibus legantur in Refectorio vel Capitulo. At poteſt hîc quæri quomodo hoc obſervetur? Ad quod ego 16
*Reſpondeo*, quòd valde male, nam ego qui à pluribus annis porto jugum, & per bella præterita à patria extorris factus in diverſis Provincijs fui, nec ſemel audivi tales lectiones, niſi in ſacris Caſſini & Lerin. inſulæ Monaſterijs. Quid cauſæ? ſit alterius reſpondere. Quòd ſi 10. ſi 20. ſi 30. anni ſufficiunt ad præſcribendum contra legẽ, quid nunc dicemus de eiuſmodi conſtitutionibus, & reſpectu Provinciarum transmontanarum, in quibus nunquam fuerunt lectæ, nec legitimè intimatæ? Ponamus peccâſſe Prælatos qui neglexêre illas recipere & publicare, at an jam ad illas obligantur Regulares? an illi peccant, ſi non ſervant, quod nunquam audierunt. (b) Nec ſufficit, ut dicantur obligari, quòd fortè illas apud aliquos Authores legant, quia poſſunt dubitare de veritate, ut dicebam in dubio præced. Sed requiritur, ut illis notificentur juridicè, puta à ſuis Prælatis. Prælatis verò authenticè ſecundùm formam in illarum tenore expreſſam, quod tamẽ hactenus non eſt factum, & ſufficit (in

(a) Cùm jure Majeſtas Apoſtolica omnibus dominetur, ſoli tamen rationi ſubijci gloriatur Petr. Clun. li. 4. ep. 29. ad Innoc. 2.

(b) Illius legis Prævaricatores non ſumus, cujus Auditores nunquam fuimus. Ivo carnot. ep. 70.

Opinione aliquorum ) ad hoc, ut dicantur non obligare.

17 Eſt *ſecundò* notandum ex eodem fundamento ejuſmodi conſtitutiones, declarationes, deciſiones, &c. eſſe in tanto numero, & tanta varietate, & tam diversè, imò tam contrariè nonnullas ab Authoribus allegari, tractari & explicari, ut vix ſciat quis ad aliquid ſe determinare, & multò minus queat ſemper præſentes in mente habere, ut ſi fortè inadvertenter contra aliquam operetur, & utatur privilegio quod non ſcit, vel non recordatur eſſe revocatum, præſumendum ſit Sum. Pontif. de ſua benignitate ſupplere poteſtatem, quo graviora vitentur incommoda, præcipuè in abſolutionibus & diſpenſationibus.

18 Ex *quarto* fundamento ego infero, quòd licèt ſufficeret qualiſcunque notitia talium decretorum & undecunque habita. Attamen ſi non inveniuntur uſu recepta, in aliqua Provincia vel Congregatione certè nõ poterit juſtè fieri ſcrupulus his, qui in illis habitant, ſi ea non ſervant.

19 Hic autem ego quæro, an de facto ſint recepta? ad quod ego reſpondeo, me valde dubitare ſaltem de Provincijs Transmontanis. Nam ſi ibi nec leguntur, quomodo poſſunt dici ab illis recepta, quin etiam praxis quotidiana contrarium demonſtrat. Imò & de reſiſtentia conſtat. An bene vel malè, non judico. Interim verò, an non tuti privati fratres, ſi ſe non conformant conſtitutionibus Pontificijs, quas ſciunt non eſſe receptas à ſuis Superioribus & Præceſſoribus. Et ſingulis diebus apertè nonnullas obliquè alias violari conſpiciunt.

20 Ex *quinto*, *ſexto ſeptimo*, & *nono* fundamento quæri poteſt, in quo fundentur conſtitutiones revocatoriæ privilegiorum, quemve finem habuerit Sanctiſſimus in eiuſmodi revocationibus. H[…] autem ſatis facilè poteſt intelligi ex co[…] textu, & maximè præfatione ipſarum,[…] quibus evidenter colligitur factas eſ[…] ut tollantur abuſus ab Eccleſia, ut co[…] ſervetur Epiſcopis ſua Authoritas; [...] debito officio teneantur Regulares; [...] pax firmetur inter ipſos Parochos & [E]piſcopos. Hîc autem ulteriùs quæri po[…]teſt, an ita ſit, quòd de facto omnes O[r]dines regulares, omniumque Ordin[…] omnes Congregationes & fratres abu[…]bantur privilegijs, an verò ſint ſuper[…] falſò accuſati apud Sanctiſſimum? Quæ[…]ri, inquam poteſt, an ſublatis vel re[…]ctis privilegijs extincta ſint omnia d[…]dia inter Regulares & Epiſcopos? An[…] quam hæc revocatio vel moderatio[…] beat tolerari, ſi inde novæ lites, nov[…]que litium fomites ſuſcitantur, & re[…]catio ſit remedium idoneum compri[…]dis dictis litibus. An demum ſi aliqui[…] Regularibus temerè privilegijs abu[…]tibus, & contra Epiſcopos intumeſc[…]tibus, alijs verò prudenter & ad ſalu[…] fidelium ac Dei gloriam referentibus[…] debita reverentia debitisque officijs e[…] Prælatos Eccleſiæ manentibus, æqu[…] ſit, æqualiter omnes ſpoliare priv[…]gijs, ſontes & inſontes. An inquam [...] ſpoliatio dicenda ſit neceſſaria ad tol[…]los abuſus non ortos, & ad reducen[…] ad officium hos, qui ab illo nunquam [...] ſciverunt.

Ex *octavo* fundamento de Epich[…] hanc admittunt DD. propter præſum[…] benignitatem Principis, qui præſum[…] permittere. Imò qui aſſeritur velle de[…]re ut in caſu, in quo ipſe diſpenſare[…] ſua lege, vel quem ſi prævidiſſet ab [...] excepiſſet velle inquam, ut quoad ta[…] caſum ceſſet ſuæ legis obligatio, vel [...] ea inferior diſpenſet. Et ſecundùm [...]

Autho-

Authores, quos ego citavi ubi de poteſtate abſolvendi dixere, poſſe Confeſſarium abſolvere pænitentem, quem non judicat expedire ad Epiſcopum remitti. Et hic ego quæro, ſi ſimiliter Confeſſarius judicat non expedire pænitentem mitti Romam, poteſt ne uti opinione illorum Doctorum. Ac rurſus ego quæro, unde & ex quibus capitibus poteſt rationabiliter judicari, non expedite ſaluti pænitentis, ut mittatur ad Epiſcopum vel Papam? An ſi timetur viæ periculũ? jactura famæ? Si prævidetur pænitentem, quamvis contritum, ob duritiam tamen non iturum ad Papam neque ad Epiſcopum &c.

22 Quæro autem iterum, ſi per epicheiam concedit Papa vel Epiſcopus, ut abſolvatur pænitens à caſu ſibi reſervato, poteſt ne hæc doctrina trahi ad alias materias? Ut ſi eſt damnoſum alicui Ordini vel Monaſterio intermittere uſum alicujus privilegij licebit ne per Epicheiam interpretari voluntatem Pontificis? & dicere eum (non obſtante quacunque revocatione) concedere ut retineatur. Eſt enim hoc aliud caput, ex quo DD. admittunt epicheiam, ad liberandum aliquẽ ab obligatione legis, nempe ſi grave nimis eſt, & diſpendioſum illam ſervare. Et Ratio fundamentalis eſt, quia inter cæteras cõditiones ad legem requiſitas una eſt, ut ſit facilis, & in commodum eorum, quibus ponitur; ſi igitur ex revocatione privilegiorum non commodũ, ſed damnum reſultat in Ordines regulares, poteruntne conſtitutiones revocatoriæ dici habere naturam legis? vel Sanctiſſimum non intendere per epicheiam, ut cũ tanto ſuo damno illas ſervent; Item ſi admit-
23 titur epicheia, quoad Ordines & Monaſteria in communi, poteſtne admitti quoad privatos fratres, ut ſi quis occulto Dei judicio ſortitus eſt Prælatum ſuperbum, qui ei jubeat juxta aliquod privilegium agere, quamvis revocatum tenebiturne carceres pati diffamationes, perſecutiones, uno verbo perire potiùs quàm obedire tali Prælato, vel poteritne per epicheiam in ejuſmodi quæ ſunt juris poſitivi, interpretari voluntatem Pontificis?

Iſta ego propono non decidendo, ſed interrogando doceri cupidus potiùs quã docere. Interim verò poterit prudens Lector ex dictis diſcernere, quando vel quantùm ſibi conſcientiæ ducere debeat, dum recedit à conſtitutionibus moderantibus privilegia.

## D V B. VI.

### *An utiles & conducentes Privilegiorum Revocationes.*

Ad Articulum primum cit.

SUMMARIUM.

1 *Ordines regul. orti ſunt cum privilegiis.*
2 *Obiectiones contra eorum uſum.*
3 *Ex triplici capite.*
4 *Et antiquæ.*
5 *Primum Adverſarium, quem paſſus eſt S. Bened. fuit Parochus.*
6 *Nec multò poſt eius fata Epiſcopi oppreſſêre eius Ordinem.*
7 *Hæreſis ſuſcitata contra Monachos, quod Sacramenta ab eis collata forent irrita,*
8 *Nova alia contra Mendicantes.*
9 *Vindicatis Monaſteriis à ſuis Adverſariis exercuerunt ſuam potentiam in eorum membra.*
20 *Infeſtatio Monaſteriorum fuit occaſio augendi eis privilegia.*
11 *Regulares ſunt propugnaculum Sedis Apoſt. Et eius intereſt eos manutenere.*
12 *Non expedit tollere Regularibus privilegia.*
13 *Probatur & ſeq.*
19 *Pontifices qui derogaverunt privilegia Regular. à Deo puniti. Item & Epiſcopus. 20. & 21.*

22 *Iniuſtum tollere privilegia propter privatorum exceſſus.*

23 *Vſu privil. non turbatur Ordo Hierarchiæ. Et quare.*

24 *Regulares non ſunt in culpa quòd aliqui ex Clero minùs honorentur ſed eorum vitia.*

25 *Privilegia Regul. non prohibent quemquam uti Iuriſdictione ſibi competenti.*

1 ORdines Regularium ſimul cum privilegijs initium conſtat accepiſſe. Sicut enim primum hominem nō in puris naturalibus, ſed ſimul cū gratia, ſciētia, alijſq; dotibus ſupernaturalibus voluit Deus creare. Ita Ordines regulares noluêre ſummi Pontifices ſimpliciter approbare, & ſic initium eis dare, ſed ſimul plurimis privilegijs in ſua approbatione eos decoravêre. Verū ſicut diabolus volens hominem perdere, & à ſuo fine avertere conatus eſt eū dotibus ſupernaturalibus ſpoliare; ſic ut Ordines regulares evertat, nō deſinit ſuſcitare æmulos, qui privilegia eorum aſſiduè ſatagant convellere ſpecioſo quidem juſtitiæ & Religionis zelo verùm non ſemper ſecundū ſcientiam. *Abutuntur* (inquiunt) *Regula-*
2 *res privil. Ordinem Hierarchiæ in Eccleſia pervertunt. Iam nulla Epiſcoporum aut Parochorū conſideratio. Abit juriſdictio nihil ſibi non vendicantibus Monachis & Regularibus &c.*

3 Oriuntur autem iſtæ turbæ ex triplici capite præcipuè, nempe: quòd Regulares ſint exempti ab Epiſcopis: quòd verbū Dei & Sacramenta miniſtrant: Et quòd
4 membra ſeu Eccleſias habeant ſuis Monaſterijs añexas. Et hæ ipſæ difficultates, quæ nunc jam olim contra ipſos ob eaſdem cauſas motæ ſunt, in quibus tamen ſemper prævaluerunt, & ſine dubio in futurum prævalebunt.

5 Sanè vix S. Benedictus egerat præludia ſui Ordinis & diſcipulos admiſerat in ſolitudine ſublacenſi, cùm ſtatim florentium viciniæ Parochum perſecutor[em]
peſſimum expertus eſt. Eo autem ad[…]
vos aſſumpto, cùm Ordo jam aliquod [in-]
crementū accepiſſet, in tantū oppre[ſſus]
fuit ab Epiſcopis Monaſteria ſibi [...]
cientibus, ut neceſſe fuerit cogi à S. Gre-
gorio Conciliū, in quo editus eſt c[anon]
*quam ſit 18. quæſt. 2. De libertate Mona[…]*

Cùm verò Monachi Sacramenta [mi-]
niſtrarent (quamvis parciſſimè, [cum]
illis prioribus ſæculis pauci fieren[t ſa-]
cerdotes.) Iterum ab invidis & igno[ran-]
tibus Clericis in ipſos ſuſcitata eſt per[ſe-]
cutio tam dira, ut etiam aſſererent [non]
eſſe Sacramenta à Monachis collat[a …]
per qua difficultate Bonifac. IV. in[dixit]
aliud Concilium, in quo de ſuis æm[u-]
lis terum triumphârunt Monachi & in [eorum]
favorem editus eſt canon: *Sunt nonnul[li …]*
*quæſt. 1.*

Hinc exortis Ordinibus Mendic[antium]
& fratribus eorum ſimiliter Sacra[menta]
miniſtrantibus non defuêre Do[cti …]
phanatici (quorum anteſignanus J[oannes]
de Poliaco) qui cauſam Parochoru[m …]
cipientes, cùm hæreſim damnatam [à Bo-]
nifacio non auderent ſuſcitare n[…]
non ſunt veriti ſeminare, & in pu[blicis]
Concionibus aſſerere hos, qui co[nfeſſi]
forent Regularibus, teneri iteru[m …]
peccata confiteri ſuis Parochis. In [hoc]
negotio fortunam non ſunt exp[erti]
prioribus meliorem. Nam Joan. X[XII.]
eorum hæreſim damnavit Poliac[um ad]
ſuam Sedem citatum & convictum [pa-]
lidoniam cantare adegit. Et contr[a …]
errores edidit Extravag. *Vas electionis* […]
eſt repoſita inter com. *in rubr. de h[æret.]*
notavi ubi de approb. Reg.

Firmatis jam & ampliatis Ordin[ibus]
auctiſque varijs membris depend[entibus]
Eccleſijs. Qui contra capita prævale[re non]
poterant, in eiuſmodi membra & Ec[cle-]
ſia[…]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſis conati ſunt manus & falcem immittere. In quo nedum profecerunt ſed au-pendis Monaſteriorum privilegijs (vel riti occaſionem dederunt.)

10 Nam hinc in quibusdam erectus Archidiaconatus, ut in Cluniacenſi: ubi creatur ex Monachis Archidiaconus, qui in omnem ditionem Monaſterij exercet juriſdictionem Eccleſiaſticam privativè ad quoſcunque Epiſcopos. Imò & cui ipſi Parochi & totus Clerus ſubijcitur. In quibusdam attributa Abbatibus jurisdictio quaſi Epiſcopalis, ut Cavenſi, in quibusdã conceſſa & aſſignata propria Diœceſis, ut Caſſinenſi. In quibusdam ordinatus ex Monachis unus Epiſcopus, qui in omnia membra & dependentias exerceret ea, quæ ſunt Ordinis, ut in Mon. S. Dionyſ. apud Pariſios &c. Ut omnes Epiſcoporum & Parochorum conatus contra Regulares in caſſum ſemper ceſſerint, protegentibus Romanis Pontificibus & Privilegijs corroborantibus, nec ignorantibus quantùm ſua & ſuæ Sedis interſit eos manutenere. Quãvis enim à Christo firmitatem ſuam habeat Sedes Apoſtolica, nemo tamen prudens negabit eã
11 non rarò nutantem, fuiſſe à Regularibus ſuſtentatam, & fortè ad hoc vel maximè Ordines Regularium ſuſcitavit Deus in Eccleſia, ut nimirum in occaſione pro ea & pro Papa pugnent, & ſtent aucti privilegijs unde in figura dicitur cant. 3. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, unius cujusq; enſis ſuper ſemur ſuum propter timores nocturnos.*

12 Atq; ex his propiùs accedendo ad dubium propoſitum Reſp. incunctanter nõ expedire revocationes privilegiorum. Quod probatur *primò* ex dictis & factis
13 Summorum Pontific. (de quibus ſupra) & qui mota ſuper his lite, delatiſque Epiſcoporum & Parochorum querelis, non modò ea nõ revocaverunt, ſed auxerunt.

*Secundò*. Authoritate ipſius juris ſcripti 14
Conciliorum & aliorum Sum. Pont. qui ita cenſuerunt, ut *can. privil. 2. 25. q. 2.* ubi ſic dicitur: *Privilegia Eccleſiarũ & Monaſt. SS. Patrum authoritate inſtituta, nulla poſſunt improbitate convelli, nulla novitate mutari.* Unde Joan. 8. *in Epiſt. 111. edita in Concil. 2. tricoſſ. Indubitati juris eſt ſemel conceſſa, perenni cultu fore tenenda.* Ad quod ſanè reſpexit Bonif. VIII. in illa Reg. quam in 6. tradidit cùm dixit: *Beneficium Principis decet eſſe manſurũ.* Et Epiſcopi Galliæ in præf. Concilij Mald. celebrati anno 845. *Quæ bene inventa, & ſemel ſtatuta ſunt, obſervatione indigent non retractatione, nec ſolùm ſtudendum eſt nova cudere, ſed vetera conſervare.* & Adrian. 2. *epiſt. ad Baſil. Imperat. Hoc neceſſarium eſt, at cuſtodiens Prædeceſſorum meorum decreta doceam poſt deceſſum meum, & mea quoque ab his, qui poſt me fuerint nullo modo violando.*

Bene ſanè, nam Pontifex qui minuit privileg. conceſſa à ſuis Prædeceſſoribus, nonnihil videtur illis injurius, & præter fas eorundem memoriæ (ſi dici liceret) nonñihil etiã ingratus. Quod vel maximè dixerim occaſione privil. Eugenij IV. Nã quamvis hactenus nullus extiterit Pontifex, in quo non poſſint notari ſingulares dotes, quæ illum commendent, at in Eugenio enituit ſingularis vis, induſtria, & animi inſuperabilis generoſitas in tuanda pontificia authoritate cùm vel maximè nutaret, & jam labaſceret in Concil. Baſil. In quo Eugenius univerſam ferè Eccleſiam, univerſosq; ferè Europæ Prælatos & Principes adverſos paſſus arduã illam difficultatẽ: *An Papa ſit ſupra Conciliũ?* facto potiùs quàm diſputatione (ſingulari induſtria diſſipato Concilio) ſolvit & ſic ſibi, & Succeſſoribus ſuis (quæ illis diſputabatur) ſupremam in terris

ris Authoritatem vendicavit , vel ob id unum ab eiſdem æternùm benemeritus. Sed neque minùs à Sacro Cardinal. cœtu, quibus cùm aliqui non uſque adeò deferrent, imò & ſe illis præferrent, ut Henric. Archiepiſcopus Cantuar. eodem zelo Eugen. erundita non minùs quàm fuſa ad eum data epiſtola eorundē Cardinalium dignitatem gloriam ac eminentiam in Eccleſia oſtendit, declaravit, aſſeruit, Primus ſuorum Anteceſſorum Regibus eos æquiparare non veritus. Vtipropterea ſi tanti Pontificis felici memoriæ detrahant ſui ſucceſſores aut Cardinales, per revocationem aut imminutionem eorum quæ conceſſit aut inſtituit, timendun ſit, ne quod & ipſi inſtituerint ālij ſimiliter revocent, aut etiam fideles nō recipiant dicente Domino; qua menſura mēſi fueritis, remetietur vobis.

15 Prob. *tertiò* ex fine propter quem data ſunt ipſa privilegia, qui adhuc durat, & conſequenter exigit eadem conſervari, nempe procuratio ſalutis proximi. Propugnatio Sedis Apoſtolicæ, *&c.*

16 Et quomodo ſtabunt ipſi Ordines regular. ſi careant privilegijs? ſtatim opprimentur ab Epiſcopis & Parochis quod vnum queritur, & Deus ſcit quid inde futurum. Poſſent enim fortè claudere ſuas Eccleſias, & tunc verificaretur illud Prophetæ: *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Poſſent invitare ipſos Epiſcopos, & Parochos ad pergendum ad Indias & nationes infideles pro propagando Evangelio, ſiquidem volunt ſuum eſſe tantùm, curare ſalutem animarum, Fortè in Gallia poſſent tacere quando tractabitur de creando Patriarcha, aut etiam creantibus adhærere, fortè poſſent ſubſcribere opinioni DD. Pariſienſium, *quod Concilium ſit ſupra Papam.* &c. Vide & attende benigne lector quòd ingenia nō ſunt ſemper exaſperanda.

*Quartò.* Experientia docuit, quòd quoties tacta ſunt Regularium privilegi[a] non ſunt ſecuti niſi effectus peſſimi, tu[r]bæ, ſeditiones, lites, informationes, ſca[n]dala, & (quod magis dolendum) mino[r] Sedis Apoſt. æſtimatio, ut & S. Congregat. Revocationes enim non recipiunt[ur] extra Italiam, ut neque cenſure Roman[æ] librorum, niſi in his quæ præciſè rangu[nt] fidem. Vnde licèt Romæ damnentur [i]-qui libri & Authores qui favorabilius lo[-]quuntur de eiſdem privilegijs, reimprimuntur tamen alibi, imò & ſolicitè emuntur; ut cenſura romana pot[ius] augeat famam; An bene vel malè? ſit ...rius judicare.

*Quintò.* Ipſe Deus Opt. Max. omni[um] æquus judex & arbiter non rarò ſig[nis] evidentib. & vindicta terribili dem[on]ſtravit, ſibi diſplicere eiuſmodi privi[le]giorum Regul. quaſſationes, de quo p[la]cet hîc aliqua exempla ſubijcere, & p[ri]mò allego Innoc. III. qui cùm in ſump[tus] belli ſacri in Concilio generali con[...] exigeret à Ciſterc. 49. partem ſuo[rum] bonorum; illiq; privilegijs propoſitis [ob]ſtinatè reſtitiſſent, voluit Pontifex [...] mittere milites, & nobiles ad eorum [...]na & ecce per noctem B. V. Dei Genitri[x] plena authoritate apparuit Reyn[aldo] Pontif. à ſacris confeſſionibus, q[uem] durum nuntium juſſit ad eum ire, & [...] ſuo nomine dicere: *Tu Ordinem Ciſter[cien]ſem cuius advocata ego ſum, deſtruere co[naris,] ſed non prævalebis, & niſi citiùs de tuo propo[ſito] reſipiſcas, ego te & omnem poteſtatem tuam [con]teram.* Vnde terrefactus Pont. muta[vit] propoſitum, & confirmatis Monachor[um] privilegiis, novum addidit, quòd co[rum] negotia præ quibuſvis aliis debeant [ex]pediri in Curia, ut alibi pleniùs ex Ca[...] & Bzou. retuli. *Aliud* ſubiicio ex eod[em] Bzou. *to 13. an. 1254.* De Innocent. I[V.]

Huma-

Humanum ſe ſatis & benevolum exhibuerat erga Ordines Mendic. in initio ſui Pontificatus, non ſcio autem qua de cauſa paulatim refrigeſcens cœpit quaſſare privilegia vulgatis quibuſdam edictis, unde omnes plurimùm commoti, & inter hos Dominicani præcipuè, qui ad celeſte auxilium confugientes, litanias quotidianas indixerunt per ſuum Ordinem, ſi fortè placeret Deo ſibi reddere magis propitium Pontificem, ecce autem dum ſemel cantarentur eiuſmodi litaniæ in Conventur Romano, unus fratrum vidit B. Dei Genitricem ad Altare quæ quaſi plurimùm anxia, & mœrorem eorum intuita, commendabat eorum preces ſuo Filio, dicēs repetitis vicibus: *fili exaudi eos.* Quod ſanè factum eſt, nam per id tempus Innocentius tactus eſt infirmitate, à qua brevi conſumptus & ad extrema redactus, tandemque interiori inſtinctu intelligens illa verba Prophetæ multa cum pœnitentia aſſiduè repetebat: *Propter iniquitatem corripuiſti hominem*, & ſic extinctus eſt, & cum aliàs ipſe fuiſſet integerrimis moribus, & publicè agnoſceret ſe deliquiſſe quaſſando privilegia Regularium, putatum fuit ab omnibus ob id, & eorum precibus adeò vitam fuiſſe breviatam, unde in Curia Romana vulgatum proverbium: *A litaniis Prædicatorum libera nos Domine.*

21 Longè terribilius quid hîc propono de Monachis perilluſtris monaſterij Sancti Galli in Helvetia, & Sidonio Epiſcopo Conſtantienſi, de quo Strabo *in vita Sancti Galli lib. 2. cap. 15. & ſeq.* Sur. *16.* Octob. & Baron. *to. 9 an. 759. num. 8 & ſeq.* Donati fuerunt exemptione Monachi, cui nullatenus deferre volebat Sidon. Sed omnibus modis eos ſibi ſubijcere tentans, etiam affligebat, ut exemptioni renuntiare cogerentur. Semel habuit iter conficiendū, & juſſit ſibi de rebus Monaſterij parari viaticum, & Monachi non auſi reſiſtere, quam abundanter omnia poſtulata tradiderunt, & ecce vix ad navim illata ſunt, cùm ſubitò ignis divinitus immiſſus ea abſumpſit, & ſimul totam Epiſcopi ſupellectilem.

Nihilo melior ille factus, cùm audiſſet Monachos perſeverare in aſſerenda ſua exemptione decrevit perſonaliter ad Monaſterium accedere, & per carcerem aliaſque pœnas acerbiores quoſcunq; ſibi nō conſentientes cogere. Venit igitur plenus minarum & cædis, in innocentes: ſed ingreſſus Monaſterium, cùm ad altare Sancti Galli oraturus acceſſiſſet, oratio eius facta eſt ei in peccatum, & eiuſdem Sancti, & Dei manum ſupra ſe ſenſit juxta *can. 10. concil. 2.* Hiſpal. & maledictionem ib. poſitam: *Nam inteſtina eius more ſartaginis ignis ſuperpoſitæ fluere cœperunt, & tam diræ viſcerum torſiones illum invaſerunt extemplò, vt ſine aliorum adminiculo egredi non potuerit, Sed (quod dicere pudet) egeſtio naturæ turpi impetu prorumpens, cū adſtantes nimio fœtore gravaret ſine mora vehiculo, (quo decedere de Monaſterio poſſet) eſt impoſitus, Sicq; immoderato fluxu (naturæ conſuetudine carente) vaſi in quod egeſta defluerent ſuperſedens egreſſus eſt, & ad vicinum Monaſterium (quod Au ea nominatur, cui & tunc præerat) perductus eſt ubi etiam ingraueſcente langore tantùm ſibi famulantibus ob nimium fœtorem intolerabilis factus eſt, ut etiam pene nullus impendere obſequia ſolita poſſet. Tali itaq; pœna mulctatus, cum hoc factionum ſuarum præmio poſt aliquot dies, de cloaca corporis ſpiritum exhalavit.* Hactenus Strabo, apud quem vide plura.

Demum *ſextò.* Probatur eadem mea 22
propoſitio ex reſponſione ad obiecta Nā ad *primum*, quòd Regulares abutūtur privilegijs *Reſp.* hos qui abutuntur (ſi qui ſunt) eſſe compeſcendos, ſed hîc vellem primùm ſcire quid ſit abuti, ne fortè

multa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

multa nobis imponantur; Ac deinde ego *Reſp.* etiam poſito caſu irrationabile eſſe, ut pro privatorum delictis ipſi Ordines & alij innocentes ſpolientur privilegiis, quibus non utuntur, niſi moderatè ad Dei gloriam & proximi utilitatem. *Nunquid iuſtum perdes cum impio* (ait Abraham) *abſit à te, ut rem hanc facias.* Et Epiſcopi. Galliæ in Concilio celebrato Pariſiis *an. 849. Non eſt iuſtum ut unius culpa ſuper omnes redundet. Neque ullo pacto rectum eſſe poteſt, ut uno peccante, ſuper omnes vindicta conſurgat, ſed ſic unius culpa reſecanda eſt, vt omnibus, qui in eodem loco ſunt, & venturi ſunt, conſulatur.* Quid ſanctius Eccleſiæ Sacramentis? quid nobis utilius? & tamen his abutuntur magi & venefici. An ergo ideo tollenda fidelibus, & abroganda? Et ſi fas eſt retorquere argumentum (ſi tamen argumentum dici poteſt) ſimiliter poſſet quis obijcere, Epiſcopos reperiri violentos, qui ſua authoritate excedant atque ideo eſſe ipſis reſtringendam, & amplianda eſſe privilegia, ut queant ſe tueri Regulares.

23 *Ad ſecundum* Reſp. Regulares non poſſe dici ullo modo turbare Hierarchiam Eccleſiæ, ſive Ordinis, ſive Iuriſdictionis, quia quidquid operantur, hoc non tentant, niſi per privilegia legitima, & legitimè conceſſa à Summo Hierarcha relicta Epiſcopis & Parochis libera ſua omni iuriſdictione. Quin potiùs ipſi Parochi & Epiſcopi dici debent peccare in Hierarchiam, & eſſe rei huius criminis quod imponunt Regularibus, quia dum obſiſtunt eorum privilegiis ſine dubio ipſi Summo Pont. & Summæ eius per univerſam Eccleſiam juriſdictioni obſiſtunt.

24 Ad *Tertium*. Quod propter Regulares nulla ſit Epiſcoporum, aut Parochorum conſideratio, viderint ipſi ne ſua vita ſit cauſa originalis, ut in minori æſtimatione habeantur. Cæterũ qui boni ſunt, quales non dubito eſſe plures tanquamcitates ſupra montem poſitæ ab omnib ſuſpiciuntur, & ut nihil eorum virtubus obſunt privatæ Regularium obſervantiæ, ſic neq; commendationi. Qu potius & ipſimet Regulares pro offici debito venerantur, gaudentque ab i exempla virtutum diſcere.

De Iuriſdictione verò R. eam in n illis minui à Regularibus, qui non utur privilegiis, niſi in eorum ſubſid & tanquam operarii miſſi à Summo refamilias in vineam ſuam, hoc eſt  Pontifice ad quem hoc ſpectat, & n nemo qui vero zelo movebitur, nobi videbit, ſed potiùs applaudet, & ſibi tulabitur: *Quid æmularis pro me*, ait Moy *Quis det, ut omnes prophetent.* O quàm arenter ſibi ſimiles verus, & falſus ze in ſe autem quàm diſſimiles! Luc. 9. ceptor inquiunt Apoſtoli: *vidimus dam in nomine tuo eijcientem dæmonia, hibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcu ait Ieſus nolite prohibere, qui enim nō eſt aſum vos, pro vobis eſt.* En tibi zelum diſlorum adhuc imperfectorum, en  ſingulis momentis quærunt æmuli Rlarium, eos ſcilicet prohibere, à proranda ſalute animarum, ſed audite Crici, audite Domini mei commu Magiſtrum: *Qui non eſt adverſum vos pbis eſt.* Nolite ergo prohibere; veſtras rochias, veſtras Infulas non quæ Regulares vobis rapere, ſed exp diabolum non tam de corporibus  animabus veſtrorum ſubditorum, tores ſunt vobis dati non dominat iura veſtra intacta relinquunt, nem prohibent accedere ad ſuum Paroch Epiſcopum. Imò omnes ut accedant tantur. Quòd ſi vobis non ſufficient providere tantæ multitudini, ſanè g

den-

dendum eſſe in Eccleſia Dei Regulares, qui ſuppleant, nec quiſquam (cuius oculus ſimplex fuerit) putabit ſibi inde quidquam detrahi. Nam ut verè dixit Leo I. *epiſt. ad Epiſc. Provinc. Qui ſtudioſus eſt charitatis & pacis, nequaquam ſibi credit ablatum, quod fratri videt eſſe conceſſum.* Sed jam ad alia.

## D V B. VII.

*An poſſit probabiliter ſuſtineri nullum Privilegium Regularium eſſe ſufficienter revocatum ad hoc ut illo abſtinere teneantur?*

Ad Artic. 1. cit.

### S U M M A R I U M.

1 *Probabile, nullum privil. Regularium eſſe ſufficienter revocatum & 2.*
3 *Revocatio privil. facta ſine cauſa invalida.*
4 *Privil. datum favore cauſæ piæ non revocatur.*
5 *Neque quod eſt inſertum juri alieno.*
10 *Neque quod tranſivit in contractum.*
6 *Ius quæſitum non tollitur niſi vocato eo, cuius intereſt.*
8 *In revocandis privil. Regul. Rex audiendus.*
9 *Non vult Papa ut revocationes ſubreptitiæ ſortiantur effectum.*
11 *Omnia Privileg. Regul. habent naturam contractus.*
12 *Et ſi eis tollantur poſſunt repetere ſuas pecunias.*
14 *Caſſin. ſolvunt ſingulis annis cenſum Cameræ Apoſt.*
13 *Et per eum contractum ſuper privil. innovant.*
15 *Privil. Monaſteriorum, quæ ſunt capita ſuorum Ordinum, non comprehenduntur ſub ulla revocatione.*
16 *Forma præſcripta, ſub qua ſolùm poſſunt revocari privil. Caſſin. & ſeq.*
19 *Clauſulæ privil. Caſſin. ſunt confirmatæ à pluribus Pontificibus.*
21 *Forma præſcripta ſub qua debeant revocari privileg. Dominicanorum.*
22 *Societatis.*
23 *S. Ioannis Hieroſ.*
24 *Privil. Camaldul. & S. Mauri ſunt excepta ab omni revocatione.*
25 *Quid operentur clauſulæ privil. & 26.*
27 *Nulla clauſula in privil ſuperflua.*
28 *Et ideo omnes defendendæ.*
28 *Formâ non ſervatâ corruit actus.*
30 *Vnus Pontifex an queat ligare Succeſſores & ſeq.*
37 *Vnus Pontifex poteſt aliquam rem ad certum ſtatum elevare, ad quam Succeſſores nequeant manus extendere.*
38 *Probatur juſtitia ſingularum clauſularum, ſub quibus privilegia fuêre conceſſa Regularibus.*
39 *Vbi de expreſſione nominum Monachorum. Vbi de clauſula irrevocabilitatis.*
40 *Vnum Pontif. poſſe præſcribere formam ſervandam à ſuis Succeſſoribus.*
16 *Pro quo allegantur exempla.*
42 *Pontifices non potuerunt errare in Bullis privilegiorum.*
41 *Papa an poſſit ſecū diſpenſare à ſervanda forma ſibi relicta à Prædeceſſoribus.*
44 *Clauſula:* pro expreſſis habentes, *quid operetur.*
45 *Omnes revocationes privileg. ſunt ex triplici fonte.*
47 *De revocationibus Trident. quid juris & ſeq.*
46 *De revocationibus aliorum Concil. à Trid. quid.*
58 *De revocationibus Sum. Pontificum quid.*
59 *Eorum conſtitutiones in Gallia & Hiſp. effectum non ſortiuntur niſi Regi oblatæ.*
62 *De revocationibus Bullæ Cœnæ quid tenendum.*
63 *De revocationibus Gregorij XIII. quid.*
67 *De revocationibus Vrbani VIII. quid.*
70 *Hæ ſunt potiùs Cardinalium quam Vrbani.*
73 *Quid de ipſorum Cardinal. revocationibus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

74 *Cardinalium declarationes multæ ſuppoſititiæ. Ideo non habent locum niſi atteſtatæ. Ibid.*
75 *In Gallia abſolutè rejiciuntur.*

1 DIana præter ſuum morem ſcrupuloſus in *to.* ſuo 11. etiam præter intentionem fortè, ita *ibi* ſe ſentire declaravit, ſic enim loquitur *reſol. 1. tract. 2. In his materiis cauté procedendum puto, nec omnia calamo committenda. Ideo partes Epiſcoporum ſemper ſumam, puto enim, cùm Eminentiſ. Card. Lugo de Sacram. d. 21. ſect. 3. num 55. Dominos Antiſtites dexteritate, prudentia, humilitate lucrandos eſſe, ut poſteà noſtra privilegia tueantur, vel ſaltem ſecundùm opinionem probabilem relinquant nos illis uti.* Ita Diana. At ſi dexteritate lucrandi ſunt Epiſcopi, ut relinquant nos uti privilegijs, ergo non ſunt revocata, aliàs non Epiſcopi, ſed ſummus Pontifex foret lucrandus pro illorum inſtauratione. Et ſimiliter, ſi poſſumus illis uti ſecundùm opinionē probabilem, ergo probabile ſimiliter erit non eſſe revocata, ſaltem ſufficienter: Quam quidem probabilitatem mihi ge-
2 nerat tum authoritas prædicti Eminentiſs. Card. & ipſius Dianæ, tum pondus Rationum, quas in ſequentibus ego deduco. Nam.

3 *Primò.* Sunt qui volunt revocationem privilegij non valere, niſi fiat ex cauſa, quæ reſpiciat publicum, & ea conditione, ut Princeps æquivalenter recompenſet eum, cui tollit privilegium, pro quo ego allegavi ſex Aûthores *p. 48. v. alij.* Nempe Ruin. Cravet. Surd. Riminald. Socin. & Jaſon. cum citationibus juris, quæ faciunt rem probabilem juxta dicta ub de opinione prob. At quidquid ſit de cauſa, ob quam aliqua privilegia ſunt revocata certè conſtat nullam compenſationem eſſe factam. Ergo &c.

(*) Facit Canon 18. 8. Synod. gener.

*Secundò.* Volunt alij, non poſſe re[illegible] cari privilegia conceſſa cauſæ piæ, [illegible] ejus favore, qualia ſunt omnia Regula[illegible] Pro quo ego item cito Authores, & [illegible] *n. 13 p. 48.* Qui conſequenter faciunt [illegible] 8
probabilem. Idemque dico de conce[illegible] ad inſtantiam Regum & Principum, [illegible] lia ſunt ſimiliter non pauca Regular[illegible] ut item ego dixi eod. v. alij attendi[illegible]

*Tertiò* Guilel. Bened. *cap Rajnutiu[illegible] teſta. v. ſi abſque liberis ſect. 2. num. [illegible] ſeq. tract. de fideicom.* Ex Panor. & ali[illegible] ribus, quæ ibi allegat, docet non [illegible] 9
revocari privilegia vel leges ab al[illegible] corporatas ſuo juri. v. g non poſſe [illegible] peratorem revocare leges inſertas [illegible] pori juris Can. nec Papam privilegi[illegible] ſerta juri Gallico; At privilegia Reg[illegible] rium ſunt inſerta ipſorum juri & co[illegible] tutionibus, ergo &c. *Nec d. cas:* Reg[illegible] res ſubeſſe Papæ, nam etiam ſube[illegible] Rex Galliæ, & omnes alij Chriſtian[illegible] eodem modo.

*Quartò.* Extat Regula Cancellar. [illegible] non tollendo jure quæſito; niſi prius [illegible] catis & auditis his, quorum intereſt; [illegible] privilegia Regularium ſunt jura ab [illegible] quæſita officiis exhibitis Sedi Apoſt. C[illegible] dinalibus Epiſcopis, & univerſali Ec[illegible] ſiæ, ac in eorum Ordinibus longa an[illegible] rum ſerie radicata, ergo debuerunt ſe[illegible] per audiri pro eorum revocatione, qu[illegible] tamen non fuit factum aut certè [illegible] admodùm.

Addit notabiliter Chaſſ. *tract. 1. ca[illegible] prop. 6.* Regularium privilegia pro ma[illegible] ri parte non tam ipſos reſpicere, qu[illegible] alios fideles. v. g. quantum ad Conc[illegible] nes, Sepulturas, Miſſas, Abſolutiones &[illegible] 11
Atque ideo juxta Regulam ſupramem[illegible] ratam, quando agitur de abrogando a[illegible] quo privilegio, non ſolos Regular[illegible] eſſe audiendos, ſed etiam alios, quod c[illegible]

videa-

videatur quaſi impoſſibile, ideo ſaltem Regem ſeu Principem cuiusque loci eſſe adeundum, ut pro ſuis ſubditis reſpondeat.

8 *Quintò.* Non eſt credibile, Papam aut Cardin. velle, ut revocationes, quas fecerunt circumventi falſa præſumptione vel accuſatione effectum ſortiantur, repugnant enim omnia jura. Et ſigna circumventionis ſunt, ſi v. g. Regulares inauditi ſpoliantur aliquo privilegio, ſi nulla cauſa in revocatione allegatur, aut
9 fictitia, aut ſi tanquam generalis, cùm tamen ſit particularis, & non reſpiciat niſi aliquas perſonas unam Provinciam, vel unum Ordinem: ſi revocatio fiat ad preces & inſtantiam alicujus, &c. At quòd non paucæ revocationes privilegiorum Regulariū emanaverint tali modo ſatis patet ex ipſo contextu revocationum, & infra pleniùs dicetur, ergo &c. (*a*)

10 *Sextò.* Privilegia, quæ conceduntur per modum remunerationis aut contractus, ſeu quæ tranſeunt in contractum, dicuntur comuniter irrevocabilia, quia jure naturæ tenetur Princeps ſervare ſuum verbum, aut ſaltem ad minùs faciendam eſſe privilegiato reſtitutionem ſeu compenſationem, pro qua opinione ego cum diverſis juribus allego ad 15. Authores 7. *ſin autem.* Quibus in præſenti addo alios 9. nempe Felin. *in cap. novit. de judic.* Guilel. Bened. *in repetit. cap. Raynutius. de teſta. v. ſi abſque liberis ſect. 2. num.* 43. Alexand. *conſ.* 101. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 130. *lib.* 5. Jaſ. *l. barbarius. ff. de off. præt.* Sanch. *lib. 8. de matr. d.* 33. Cucch. *lib* 1. *inſt. ma. tit. 6. num.* 110. Lopez & Mat-
11 thiem. At quòd privilegia Regularium tranſeant in contractum, imò jam dudū tranſierint patet; quia *primò* Anno 1434. die 23. Februar. Eugen. IV. conſtituit *Caſſinenſibus* cenſum unius unciæ auri ſolvendum quotannis Cameræ Apoſtolicæ pro omnimoda exemptione & manutentione privilegiorum, ut patet ex Bulla, quæ incipit: *Etſi ex debito*, quæ eſt 58. in bullar. Margar. *Secundò*, quia Sixt. IV. An. 1474. die 24. Auguſti aliique Pontifices ſucceſſivis temporibus innovârunt prædictam Bullam, ac cenſum prædictum, qui ſingulis annis uſque in hunc diem ſemper fuit ſolutus & acceptatus in Camera ſub eodem titulo manutentionis privilegiorum & omnimodæ exemptionis. Et *tertiò.* Quia Anno 1571. die 20. April. Pius V. ſeu Camera Apoſtol. Et Cardinalis illi præpoſitus eiuſdem Pii nomine confirmavit *Caſſinenſib.* & alijs Congregat. non Mendicantibus in Bulla expreſſis ſua omnia privilegia. Et inſuper eorum manutentionem juravit pro ſumma *quadringentorum millium ſcutorum auri*, quos dictæ Congregationes obtulerunt dictæ Cameræ cum tanto ſuo diſpendio, ut uſq; in hodiernum diem non potuerint ſua Monaſteria exſolvere à debitis contractis pro conflanda illa ſumma. Ergo conſtat de contractu, & conſequenter quòd privilegia dictarum Congregationū non ſunt ſimplices gratiæ, ſed jura quæſita & ſatis carò empta. Ac ideo irrevocabilia ſaltem in opinio-
ne 24. Authorum, quos ſuperiùs ego ad 12
hoc allegavi. Vel certè poterunt ijdem Regulares repetere ſuas pecunias cū omni intereſſe, & hoc ſeu per ſe ſeu per Principes temporales potentes, in quorum terris habent Monaſteria. (*b*)

*Septimò.* Quamvis daremus Sum Pon- 13
tificem non teneri ullis pactis & conven-

(*a*) Vide dicenda dub. 10. per tot.

(*b*) Regem ac Principes condecet ut privilegia ex antiquo Eccleſijs Dei conceſſa roborent, & ſtabiliter obſervari jubeant c. 1. Concil. Trosleiani apud Sueſſion. celebrati Ann. 909.

tione ſuorum Prædeceſſorum, quod eſſet valde odioſum, dicente Domino: *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua.* (*) Attamen ſingulis Annis ſolvunt *Caſſinenſes* ſuum cenſum Cameræ Apoſt. pro manutentione ſuorum privilegiorum, & ſub hoc onere acceptatur. Ergo vi huius ſolutionis etiam ſingulis annis innovantur ipſis eadem ſua privilegia, & conſequenter, ſi quæ erant revocata eis reſtituuntur, ac per hanc annuam ſolutio-
14 nem omnes revocationes evacuantur. *Nec obſtat*, quòd originariè conſtitutus eſt prædictus cenſus ſolùm pro omnimoda exemptione. Nam ego *Reſpondeo primò*, fuiſſe poſteà factam extenſionem, quia jam à pluribus annis ſolvitur & recipitur ſimul pro manutentione privilegiorum, & ſine ulla contradictione. Et *ſecundò*, omnia privilegia fundari in exemptione, quâ admiſſâ (ut par eſt) eaq; omnimoda (ut loquitur Eugen. IV.) debemus etiã per neceſſariam conſequentiam admittere privilegia.

15 *Octavò*. Privilegia Sacri & nunquam ſatis laudandi Monaſterij *Caſſin. Cluniacenſ. Ciſterc. Præmonſtrat.* & ſimilium, quæ ſunt capita ſuarum Congreg. non comprehenduntur ſub ulla revocatione generali, ſed requirunt ſpecificã, & in individuo mentionem (ut dicam infra ubi de præcell. Monaſt. *Caſſin.*) quod hactenus non eſt factum, at ab his Monaſterijs, lege communicationis derivantur privilegia ad omnia alia Monaſteria. Ergo ut pro illis maioribus Monaſterijs non ſunt revocata, ſic nec pro iſtis.

16 *Nonò*. Eugen. IV. In Bulla, quæ incipit: *licet ex debito*. Et alia, quæ incipit: *Regularem vitam*. ſtatuit, nunquam derogatum iri privilegijs *Caſſin.* niſi conſtet de voluntate derogandi in Pontifice. H[...] autem ut conſtet, debebit *primò* Revoca[...] tio fieri cum Clauſula: *ex certa ſcien[...]* *Secundò*. Tenor privilegij, cui derogat[...] debet inſeri de verbo ad verbum. Ter[...] Debent allegari cauſæ legitimæ, qu[...] hoc moveant. *Quartò*. Debet Congreg[...] tio nominari iteratis vicibus. Et qu[...] Per hæc nomina præcisè: *Congregat[...] Vnionis, aliàs de Obſervantia S. Iuſtinæ.*

Item idem Eugen. in B. quæ inc[...] *Acceptum*. decernit favore eiuſdem C[...] greg. *Caſſin.* nullam futuram derog[...] nem valere contra eius privilegia ni[...] cta expreſſa mentione omnium ej[...] naſteriorum, & allegatione cau[...] urgentium & ſufficientium.

Item idem Eugen. in B. quæ inc[...] *Ex iniuncto*. dat 5. Calend. Jul. Anno [...] quæ eſt Ordine 61. in *Bullar. Marga.* pro privilegijs eorundem *Caſſin.* lo[...] tur: *Motu proprio non ad Abbatum [...] tiam, ſed de noſtra mera liberalitate ſtatu[...] ordinamus, decernimus, declaramus, per [...] cunque litteras Apoſtolicas, ſeu quorumcu[...] Conciliorum hactenus celebratorum, vel [...] turum celebrandorum, quorumcunque te[...] exiſtant, ſeu quaſcunque Clauſulas derog[...] rias in præteritum vel in futurum habent[...] tiamſi motu proprio, & ex certa ſcientia, [...] cum decreto irritante etiamſi per viam [...] & conſtitutionis. Et ad quorumcunque [...] Regum & Reginarum, aliorumque Prin[...] ſeu Eccleſiaſticarum Perſonarum, etiamſi [...] dinalatus dignitate præfulgeant. Aut V[...] ſitatum etiam Scholarium inſtantiam. Se[...] in genere vel in ſpecie. Ob publicam v[...] vatam cauſam emanatas, conceſſas, aut [...] ſterùm concedendas. Etiamſi in iis, [...] verbo ad verbum. Et quod ſingulariter [...] minatim & individuè conceſſiones & [...] eiuſmodi dictæ Congregationi conceſſ[...]*

(*) Iuravit Dominus & non pœnitebit eum. Pſalm. 109.

expreſ-

*expreſſis haberentur; contineatur expreſſè. ſeu propter alias quaſcunque Clauſulas in Apoſtolicis Litteris, aut quorumcunque Conciliorum hactenus ſolitas apponi, quantumcunque ſpecialem & expreſſam derogationem continentes. Niſi in eiſdem litteris, de nominibus & cognominibus omnium & ſingulorum Monaſteriorum ac Monachorum, qui pro tempore fuerint dictæ Congregationis ſpecificè caveatur privilegiis inſertis &c. eiuſmodi non fuiſſe, nec eſſe in toto, vel in parte, quomodolibet derogatum hactenus nec in poſterum derogari. Hoc ſpecialiter ultra omnes derogationum formas requiri decernimus, ut per hoc intacta & illibata, ac ſpecialiter præſervata cenſeantur, & intelligantur ab omnibus, & quibuscunque Clauſulis derogatoriis, etiam iiſdem privilegiis ſpecialiter derogantibus, niſi formæ prædictæ ſpecialiter fuerit derogatum.*

19 Prædictas Eugenij conſtitutiones una cum ſuis Clauſulis: *Ex certa ſcientia*, confirmavit Nicol. V. An. 1449. die 13. Jun. B. quæ incipit: *licet ex debito*. Pius II. An. 1458. die 18. Jan. B. quæ incipit eodem modo, Alex. VI. An 1501. die 1. April. B. quæ incipit: *Inter cæteras*. Et Leo X. An. 1519. die 2. April. B. quæ incipit: *Dum ſtare*. In qua ipſiſmet verbis Eugenij utitur.

20 Item Paul. III. Anno 1537. die 5. Nov. univerſaliter confirmavit quæcunque Caſin. privilegia, & à quibuscunque illis conceſſa, *ſub quacunque forma & verborum expreſſione cum omnibus & ſingulis Decretis & Clauſulis in eis contentis*. Ac in augmentum addidit, nunquam derogatum iri eiuſmodi privilegiis & Clauſulis. *Per quaſcunque Litteras Apoſtolicas generales vel ſpeciales etiam derogatoriarum derogatorias, efficaces & inſolitas Clauſulas, ac irritantia decreta.* Niſi in derogatione fiat *primò* Expreſſa mentio privilegiorum, quibus derogatur, Clauſularum, ſub quibus conceſſa ſunt, & hujus conſtitutionis inſerto ſingulorum tenore de verbo ad verbum, nullo penitus omiſſo, ac data ſpecificata. Et *ſecundò*. Ipſa derogatio per tres diſtinctas litteras eundem tenorem continentes tribus diſtinctis vicibus intimetur Præſidenti, Definitoribus, ac Viſitatoribus Congregationis, qui conſentiant. B. quæ incipit: *Benignitas Sedis Apoſtolicæ*.

Item Idem Eugen. IV. pro *Dominican.* Sixt. IV. pro *Minoribus*, Paul. III. & Pius V. pro *Societ. Ieſu* decreverunt, nunquam eorum privilegijs derogatum iri, niſi facta expreſſa illorum mentione, inſerto tenore de verbo ad verbum. 21

Item pro eadem *Societ. Ieſu* Greg. XIII. ſancivit, nullam revocationem eius privilegiis poſſe nocere, niſi talis revocatio fuerit tribus vicibus intimata. B. quæ incipit: *Æquum reputamus*. de qua Franc. Amic. *tomo 5. de iuſt. & jur. d. 9. ſect. 10.* 22

Item Clem VII. Anno 1534. die 2. Jan. pro Ordine militũ S. Joan. Hieroſ. ſtatuit, non poſſe per ullam revocationem ejus privilegia tolli, niſi *primò* Conſiſtorialiter fiat mentio litterarum, in quibus continentur. Ac *ſecundò*. Per trinas litteras Apoſtolicas, tribus diſtinctis vicibus revocatio intimetur Magiſtro generali, & Conventui ac ab ipſis acceptetur. B. quæ incipit: *Clementia diſponente*. 23

Item idem Clem. VII. conceſſit *Camaldul.* privilegia omnium Ordinum. Ac declaravit, nunquam fore illis revocanda, nec ſub ulla revocatione unquam comprehenſa, quin potiùs illis reſtitui, toties de novo conceſſa cenſeri, & in priſtinũ ſtatum redintegrari, quoties aliqua eorum revocatio emanaverit à futuris Pontificibus. Cùm autem prædictus Clemens morte præventus non potuiſſet Bullam expedire ſuper hac gratia, 24

Paul.

Paul. III. eius Succeſſor *motu proprio & ex certa ſcientia* ſub ijſdem clauſulis innovando gratiam eam expedivit 3. non. Novemb. anno 1534. que incipit: *Rationi congruit*. Et eſt impreſſa Romæ ad finem Reg. S. Benedicti cum conſtitutionibus eorũdem Camaldul. Quod idem Congregationi S. Mauri conceſſit Vrban. VIII anno 1627. die 21. Ian. B. quæ incipit: *In supereminenti*. Publicata Pariſijs à domino vicario generali Illuſtriſs. Archiepiſcopi anno 1629 die 16. Maij.

25 Quid autem operentur eiuſmodi clauſulæ, magis rigoroſi DD. admittunt, eas operari ſaltem quoad Pontifices, qui ſub illis privilegia conceſſerunt. Et ſic iam
26 habemus nulla fuiſſe ab illis ſublata. Verùm ego aliquid plùs ex ijſdem clauſulis & formulis colligo. Nempe voluiſſe

*Primò*. Prædictos Pontifices demonſtrare ſummum deſiderium, quo tenebantur, ut privilegia quæ vel dabant vel confirmabant, ſemper integra ſervarentur. Et ita expreſſè declaravit Eugen. IV. in B. quæ incipit: *Ex iniuncto*. Per hæc verba quæ ſuperius retuli. *Hoc Specialiter &c.*

*Secundò*. Eoſdem Pontifices voluiſſe per eaſdem clauſulas obviare ſubreptitijs & ſolicitatis revocationibus eorundẽ privilegiorum, hoc enim valde clarè expreſſit. Idẽ Eugen. in Bulla: *Et ſi ex debito* & B. *Regularẽ vitam*. his verbis: *Cùm plerumq; contingat, importunitate petentium & negotiorum multitudine, ſuppreſſione veritatis, ſummos Pontifices fatigatos, aut circumventos, ea concedere, quibus aliàs nullatenus annuerent* &c.

27 *Et tertiò*. Quòd cùm in privilegijs verba debeant aliquid operari, & non eſſe ſuperflua. *capit. Abbate de verb. ſignif. cap. ſi Papa. de privil. in 6. & l. 3. ff. de jur. jur. l. ſi quando de legat. 1.* Bald. in *rubr.* C. *de contrah. emp* Alex. *conſ. 9. vol. 7.* Boer. *1. p. deciſ. quæſt. 32. num. 23.* Imò & ipſæ ſyllabæ ipſique apices ut docent Gloſſ. *cap ſolitæ de ma. & ob.* Sta philæus. *de litt. grat. tit. de vi & effic. clauſ. §. 1.* Simon de pretis. *de inter. ult. vol. lib. 4. in terpret. 3. dub. 2. reſ 5.* & Sanch. *lib. 3. de* ... *d. 26*. Et favore ſum. Pontificum ac Se ... Apoſtol. debeamus ſemper manuten ... bullas cum omnibus clauſulis earum ... aliàs actus non valeat, ſi non ſerv ... forma ad illum celebrandum præſcrip ... ideo ego dico, probabile eſſe, nullam p ... vilegiorum revocationem eſſe ſuffic ... tem ad illa tollenda: quia forma ... præſcripta nunquam fuit obſervat ... ita Andr. Mendo *in Bull. cruciat. d. 23.* ... tenet in ſpecie de privilegio abſolven ... caſibus, quos Epiſcopi ſibi reſervan ... dicit Regulares poſſe ab illis abſolv ... non obſtante revocatione Vrban. V ... & S Congreg. quia inquit Greg. XIII ... *Soc et Ieſu* ſancivit nullam revocatio ... obeſſe ejus privilegijs, niſi revoca ... fuerit intimata tribus vicibus, quod ... fuit obſervatum pro hoc privilegio ... que dico per proportionem de omni ... alijs, quę dicuntur revocata.

Duo tamen obijciuntur contra h ... diſcurſum. Nempe *primò*. Non poſſe ... Pontificem pręſcribere formam ſer ... dam ſuis ſucceſſoribus, aut manus ... gare, atque ideo clauſulas omnes ... quibus in ſuperioribus nullius eſſe m ... menti. *Verùm*

*Reſpondeo primò*, me ob reverentiam ... bitam Summo Pontif. illibenter ad ... dum loqui de illius poteſtate. Reve ... quæ à tanto culmine procedunt diſcu ... extimeſco, at quoniam obiectio pr ... ſita, & materia præſens cogit ſcriber ... præmiſſa omnimoda ſubmiſſione, d ... ita quidem eſſe, & non poſſe unum Po ... tificem ligare ſuos ſucceſſores, ne ... circa futura, & circa illa, circa quæ n ...

inve-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inventur diſpoſitum. In quo ſenſu ego puto propoſitionem eſſe veriſſimam. At circa ea, quæ jam ſunt diſpoſita, pluſculum dubii & difficultatis mihi faceſcunt & exempla quorundam Pontificum, & doctrina quorundam Authorum, nam in 1. ſect. ubi de amiſſ. privil. per revoc. Ego notavi diverſos caſus, in quib diverſi Authores tenent privilegia eſſe irrevocabilia, & in quibus conſequenter dicendum eſt (ſecundùm ipſos) eſſe ligatos Sum. Pontifices, & licèt *ibi* in ſenſu tradito contrarium aſſeruerim, Authoritas tamen talium Doctorum reddit eorum opinionem probabilem. Pro cujus confirmatione ego hîc allego Bullam Pauli huius nominis primi, quæ incipit: *Inter diverſa.* Subſcriptam non ſolùm ab Archidiac. Romano, ſed etiam à 22. Epiſcopis & 18. Cardinalibus, & ab ipſo Paulo in Concilio Romano promulgatam. In qua ſub interminatione divini judicij & excommunicationis prohibet ſuis Succeſſoribus alterare, quæ ibi diſponit in favorem Monaſterii SS. Stepani & Sylveſtri, & ſic loquitur: *Domini noſtri Ieſu Chriſti, & B. Petri Principis Apoſtolorum authoritate decernimus, nulli quoquo modo noſtrorum Succeſſorum Pontificum licere, vel alicui parvæ magnæve perſonæ, cuiuſcunque ſit honoris prædita dignitate (qua ſive exquiſita ingenii arte) diſſolvere hæc, quæ à nobis pro intuitu ad laudem Redemptoris & honorem ſanctorum eius ſunt conſtituta* Et poſt nonnulla: *Si quis autem ex noſtris ſucceſſoribus Pontificibus, aut ex quocunq; homine* &c. *præſumpſerit quocunque argumento, vel exquiſita ratione hæc* &c. *deſtruere, diſſolvere, vel quoquo modo temerare, ſciat ſe Domini Noſtri Ieſu Chriſti, atq; B. Petri Principis Apoſtolorum authoritate indiſſolubili anathematis vinculo innodatum* &c.

Audis, quomodo unus Pontifex ligat ſuos Succeſſores, & prohibet alterare quæ diſpoſuit? At ne cogamur dicere, eum exceſſiſſe, ſimulq; tot Epiſcopos, & Cardinales, qui Concilio interfuere, non video quomodo poſſit hæc Bulla explicari, niſi dicamus ita eſſe, & ſaltem poſſe probabiliter unum Pontificem in quibuſdã caſibus legem ponere ſuis Succeſſoribus & prohibere alterare à ſe diſpoſita.

Nec tamen per hoc læditur pontificia authoritas. Nam cùm dico, Deum non poſſe creare S. Michaelem, nihil per hoc negatur de ejus omnipotentia, ſed ſolùm intendo dicere eum non poſſe creare, quod iam ſupponitur creatum. Ita cùm dicitur, non poſſe unum Pont. mutare diſpoſita à ſuo Prædeceſſore, non negatur ejus poteſtas, ſed (cùm hæc non ſit data niſi ad ædificationẽ) ſolùm dicitur eum non poſſe ædificare id quod iam invenitur ritè ædificatum, & iam ritè diſpoſitum. 34

Et ſanè videtur hæc mens fuiſſe Zoſimi item Papæ *in epiſt. ad epiſc. provinc. Vien. & Narbon* 2. Nam cùm olim pro reverentia S. Trophimi Archiep. Arelat. fuiſſet ei & eius Succeſſoribus attributa poteſtas inſtituendi Epiſcopos in prædictis Provincijs. Proculus verò, & Simplicius in Concilio Thurinenſi obtinuiſsẽt huius privilegij caſſationem; cauſa delata ad Zoſimum, is obſtitit Concilio & privilegium reſtituit dicens, neque à Concilio neq; ab ipſa Sede Apoſtolica potuiſſe aut poſſe tolli. *Indecens auſus, & in ipſo veſtibulo reſecandus* (inquit) *hoc ab Epiſcopis, ob certas cauſas Conciliũ agitantibus extorquere quod contra ſtatuta Patrum, & S. Trophimi reverentiam concedere vel mutare, ne huius quidem Sedis poſſit authoritas.* Vides iterum longè aliter à modernis cenſuiſſe antiquos Pontifices de diſpoſitis à ſuis prædeceſſoribus? Quod adhuc valde evidẽter docuit Symmach. *epiſt. 1. ad Aeonium*, nam cùm Anaſtaſius 35 36

ſtaſius ejus prædeceſſor iterum idem privilegium Archiep. Arelat. abrogaſſet, iterum illud reſtituit dicens, non potuiſſe tolli etiam ſub *cujuslibet neceſſitatis prætextu*. Et rationem reddens ſui dicti, & reſtitutionis à ſe factæ; *Dum* (inquit) *ad Trinitatis inſtar* (*cujus una eſt atq; indiviſa poteſtas*) *unum eſt per diverſos antiſtites ſacerdotiũ, quemadmodum priorum ſtatuta convenit à ſequentibus violari? Huc accedit quòd ne ſit ſententiarum varietas, ad ipſam ſacroſanctam catholicam Religionem pertinere credimus, cujus omnis poteſtas infringitur niſi univerſa, quæ à Domini Sacerdotibus ſemel ſtatuuntur, perpetua ſint. Et quanta Vicarius Beatiſs. Petri Apoſtoli judicabitur eſſe reverentia, ſi quæ in Sacerdotio præcipiunt, eiſdem tranſeuntibus diſſolvantur?* En igitur tibi alterum Pontificem profitentem non poſſe unum tollere privilegia data à ſuo Prædeceſſore, imò affirmãtem hoc pertinere ad integritatem Religionis Chriſtianæ, honorem ipſorum Põtificum, & conſervationem authoritatis Apoſtolicæ. Ad quod inſuper videri poteſt *can. quæ ad perpetuam. can. contra & can. juſtitiæ 25. quæſt. 1. c. privilegia. c. ſi ea. c. inſtitutionis. c. quod vero. can. Eccleſiaſticæ, & c. deceſſorum 25. quæſt. 2.* Cui autem hæc reſponſio non placuerit.

37 Reſp. 2. Non poſſe quidem unum Pontificem ligare manus ſuis Succeſſoribus, bene autem certas res ad certum ſtatum elevare, ad quem non poterunt eorum manus pertingere, niſi certo modo, & ſervatis certis circumſtantijs. Seu aliquid ſtatuere aut diſponere ſub certis circumſtantijs, quibus ſtantibus non poſſit diſſolvi, niſi ſervatis ſeu adhibitis alijs. Et tunc non dicitur poteſtas Apoſtolica imminuta, ſed diſpoſitio illi ſubtracta, ſeu reddita inhabilis ad recipiendam ejus impreſſionem, niſi ſub tali modo, & forma.

38 Hoc autem eſſe licitum & validum, pa-ret non tantùm ex ſupramemoratis co[n]ſtitutionibus, ſed etiam ex multis al[iis] quę poſſent allegari. Nam quantùm [ad] illam clauſ. quòd privilegia Caſſin. nu[n]quam cenſeantur revocata, niſi inſe[rtis] nominib. Monaſter. & Monachoru[m] quę videtur valde exorbitans, Leo X. [ea]dẽ ferè forma & clauſula expedivit [Bul]lam quę incipit: *Cùm diu aures* pro Mo[na]ſterio S. Vital. Raven. ejuſdem Cong[re]gat. Caſſin. *ibi* enim decernitur nun[quam] cenſendum derogatum diſpoſitis p[er nul]lam aliam conſtitutionem, etiam [motu] *proprio*, & *ex certa ſcientia* editam, niſi [cum] ſpeciali mentione Congregationis [no]minis & cognominis ejus Prę ſidenti[s ...] ſitatorum ac omnium Abbatũ & Mo[nac]horum dicti Monaſterii, uti vide[re est] in Bullar. Margar. conſt. 136.

De quo & aliud exemplum habe[mus] Iul. II qui ſancivit nullam rem Au[gusti]nianorum poſſe impetrari per ull[um] ſcriptum Pontificiũ quibuſvis cl[auſulis] niſi nominatis, ſeu expreſſo conſ[enſu om]nium Priorum totius Ord. uti ego [...] ubi de Monaſteriis.

Quantùm item ad clauſulam [...] Clem. VII. Paul. III. & Vrban. VI[II ...] ceſſere privilegia ſub irrevocab[ili ...] quod adhuc videtur magis exor[bitans ...] ſuppetunt multa alia exempla [...] Pontificum, ut Iul. II. in Bulla de [...] mediatè ejuſdem Pauli III. in B. qu[æ inci]pit: *Sedis Apoſtolicæ*. quæ eſt 153. [...] Caſſin. Et in qua ſic loquitur: *D[...] præſentes litteras ſub quibusvis revoca[tionibus,] ſuſpenſionibus, limitationibus, reſtit[utionibus] & modificationibus gratiarum, [...] nachis conceſſarum, & inpoſterum [...] rum, nullatenus comprehendi, ſed [...] illis exceptas & quoties emanaverint [...] priſtinum ſtatum reſtitutas, & plenar[iè re]tegratas eſſe*. Item & Pij V. Primò in [...]

incipit: *Dum ad Congregationem.* In qua favore Caſſinenſium ſic loquitur: *Decernimus præſentes litteras perpetua roboris firmitate ſubſiſtere, & nullo unquam tempore, ſub quorumvis ſimilium vel diſſimilium facultatum & licentiarum revocationibus, prohibitionibus, moderationibus, aliјſque contrariis diſpoſitionibus, etiam in dicta Bulla Cœnæ Domini pro tempore contentis minimè comprehenſas eſſe, aut comprehendi debere, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & cenſeri, & quoties contraria eiuſmodi emanabunt, toties eaſdem præſentes & in eis contenta in priſtinum & validiſſimum ſtatum reſtituta, & redintegrata eſſe.* Ac ſecundò in B. quæ incipit: *Summi Sacerdotij.* Pro Monialibus Dominican. ut ante completum annum probationis poſſint in articulo mortis profiteri, quod ſimiliter concedit ſub irrevocabilitate, & ſub ea Clauſula, ut ſi contigerit revocari toties de novo cenſeatur reſtitutum, & de novo conceſſum, quoties talis revocatio emanaverit, ut ego retuli ubi de Novitijs.

Quòd item poſſit unus Pontifex dare privilegia ſeu aliqua ſtatuere, nunquam à ſuis Succeſſoribus revocanda, niſi ſub forma, quam ille præſcripſit, habemus aliud exemplum à Clem. VIII. in B. quæ incipit: *Commiſſum nobis.* In quo nonnulla diſponit circa obſervantiam ac regimen Congreg. Caſſin. & decernit ſic ſtatuta nunquam futuris temporibus poſſe revocari, aut revocata cenſeri, niſi facta expreſſa mentione dictæ Congreg. Et inſerto tenore hujus conſtitutionis de verbo ad verbum, nullo penitus omiſſo. Habetur in Bullar. Caſſin. Ordine 245. Pro quo facit c. 1. *de conſt. in 6. & Cap. unic. de conſt. præl. eod.*

42 Energo non unum, ſed ad 16. (quibus poſſint addi plures alij) Pontifices, nempe Zoſimum, Symmac. Eugen. IV. Nicol. V. Pium II. & V. Clem. VII. & VIII. Alex. VI. Jul. II. Sixt. IV. Paul. I. & III. Greg. XIII. & Urban. VIII. qui conceſſêre vel confirmavêre privilegia, aut nunquam revocanda, aut nonniſi ſub certa forma, & conſequenter qui credidêre ſe hoc poſſe, & qui tenuêre id eſſe licitum, nec fore ſufficientes ullas revocationes factas non ſervatâ formâ præſcriptâ. At ſi dictum unius Doctoris reddit opinionem probabilem quid nos cenſebimus de doctrina tot Pontificum? Ponamus, quòd ipſi potuerint errare tanquam Doctores privati, an non ſaltem eorum opinio probabilis, atque ideo ſaltem tuta in conſcientia? At mihi non ſolùm eſt opinio, ſed doctrina certa & infallibilis, nam non poteſt Sum. Pontifex errare in Bullis, quæ concernunt ſtatum comunem ac univerſalem Eccleſiæ (quales ſunt iſtæ, & per quas Regulares abſolvunt, diſpenſant, Sacramenta miniſtrant, &c.) Et ſic cùm prædicti Pontifices ſtatuerint, nunquam derogatum iri privilegiis ſuis, aut nonniſi ſervatâ certâ formâ relinquitur ita eſſe, & nunquam fore derogatum, niſi ſaltem ea forma ſervetur, quod cùm hactenus nõ ſit factũ, ſequitur inſufficientes eſſe quaſcunque derogationes uſque hunc in diem emanatas.

Objicitur *ſecundò* contra doctrinam, 43
valere quidem illas Bullas & formas, ſed poſſe Pontifices Succeſſores ſecum diſpenſare ab illarum obſervantia, & de facto diſpenſâſſe per ſubſecutas revocationes cum Clauſula: *pro expreſſis habentes.* Verùm Reſpond. hîc peti principium, & ex dictis poſſe (ſaltem probabiliter) teneri, hoc non poſſe Pontifices. Imò & hanc Clauſulam: *pro expreſsis &c.* non ſufficere. *Tum* quia illa ſuâ naturâ non eſt apta nata ad derogatum; niſi privilegijs perſonarum aut locorum particulariũ,

in odium juris obtentis, ut docent Henric. Gabriel. *tit. de clauſ. conſ. 5. §. 15.* Gomez. *in 1. & 6.* Reg. Cancell. Marcellin. à S. Bened. *v. privilegia in notab.* Et poſt ipſos Chaſſ. *tract. 1. cap. 5. prop. 5.* *Tum* quia ubi lex requirit ſpecificam & expreſſam mentionem, non ſufficit tacita vel generalis. *cap. 2. de præbend. & cap. fin. de procur. in 6.* *Tum* quia licèt illa ſufficeret, requiritur inſuper, ut revocatio intimetur tribus vicibus, & ut in ſingulis acceptetur, ut fuit ſtatutum pro Melitenſib. Equitibus, & ſupra retuli, quod hactenus non eſt factum. *Tum* quia Eugen. IV. expreſſè cavit ac declaravit in ſuis conſtitutionibus, hanc Clauſulam non ſufficere ad derogandũ ipſis, nec fore *Caſſin.* obligatos, abſtinere privilegio revocato ſub ipſa ſolùm, & non ſervatâ formâ præſcriptâ. Per quod notabiliter reſtringitur doctrina, quam ego trado, ubi de Clauſulis: *v. addunt tamen.* Unde ex *num. ſeq.* habes duas alias exceptiones, nempe non revocari per generales eiuſmodi Clauſulas privilegia jurata, vel clauſa in corpore juris, ſeu illis æquivalentia, qualia ſunt omnia Regularium, ut notavi ubi de exemptione. *v. econtra.*

45 *Nonò.* Omnes revocationes privilegiorum hactenus factæ, vel ſunt ab aliquo Concilio, vel aliquo Summo Pontifice, vel à Cardinalibus; Atqui ex nullo horum capite invenitur ſufficiens revocatio, ergo licitus eſt omnium uſus. *Probatur minor.* Et *primò* quidem de *Con-*
46 *ciliis.* Nam quantùm ad alia à Tridentino plures Pontifices confirmaverunt privilegia ſub hac Clauſula: *modò non ſint contraria Trident.* Ex quo omnes communiter inferunt, revalidata fuiſſe quæcunque alia, à quocunque alio Concilio revocata, pro quo vide dicta, ubi de confir. *v. quarto quantùm*, ut jam de ſolo Tridentino agere habeamus.

Igitur quantùm ad ipſum *Trid.* [illegible] non fuit univerſaliter receptum, [illegible] primo habemus non obeſſe privil[illegible] in Provincijs, in quibus non fuit re[illegible] tum, & in hoc omnes conveniunt; [illegible] cis verò, in quibus fuit receptum, [illegible] item conveniunt, non nocere pri[illegible] gijs eius decreta, niſi habeant Clau[illegible] non obſtantiæ, unde ubi hæc non [illegible] nitur, valent adhuc privilegia, qu[illegible] fortè decretum ſit contrarium, [illegible] difficultas remaneat pro decret[illegible] bentibus prædictam Clauſulam. Q[illegible] autem poſſit probabiliter ſuſtine[illegible] illam ſufficienter derogare privile[illegible]

Probatur *primò*, quia Trid. non [illegible] in ſuis derogationibus, niſi Clau[illegible] nerali: *non obſtantibus*, hæc autem n[illegible] efficaciæ ſufficientis ad abrogand[illegible] vilegia Regularium, ut conſtat ex [illegible] ubi de hac Clauſula: *v. demum, & v.* [illegible]

*Secundò.* Quia Trident. ordin[illegible] rogat privilegijs Regularium (ut [illegible] *exemptorum*, horum autem nomin[illegible] veniunt multi ut infra dicetur.

*Tertiò.* Non revocat contractus, [illegible] ſolùm privilegia. Quæ autem h[illegible] Regulares, hæc in contractum [illegible] runt, ut dixi in ſuperioribus.

*Quartò.* Non revocat jus ſcrip[illegible] aut privilegia inſerta juri, atqui [illegible] Regularium ſunt inſerta, & alia [illegible] valent inſertis propter Clauſulas [illegible] proprij, & certæ ſcientiæ, aliasque [illegible] les ut volunt DD. & ego dixi ſuis [illegible]

*Quintò.* Eugen. IV. expreſſè ca[illegible] privilegijs *Caſſin.* nunquam ab ul[illegible] turo Concilio revocanda aut rev[illegible] cenſenda niſi ſervata forma, quam [illegible] ſcripſit. Quod 4. Pontifices nemp[illegible] col. V. Pius II. Alex. VI. Leo X. confi[illegible] runt. Et non fuit factum à Tridenti[illegible]

*Sextò.*

53 *Sextò.* Etiā ſi daremus ſufficientes eſ-
ſe Trident. derogationes, & de facto a-
liqua privilegia fuiſſe ab illo abrogata,
tamen Pius IV. qui Anno 1565. con-
firmavit ipſum Trid. in Menſe Febr. con-
firmavit ſimiliter privilegia Ordinis S.
Joannis Hieroſol. ut ait Onophr. *in eius
vita* & deinde Ordinis SS. Trinitatis
eodem anno, in Menſe Junio ſequenti
abſque ulla limitatione vel reſtrictione
eorum, quæ non ſint contra Trid. Ergo
per hanc confirmationem tam vicinam
ipſi Trid. revixerunt quæcunque pri-
vilegia, quæ poſſent prætendi à Trid.
ſuppreſſa, & ita tenet Hinoioſa *in direct.
Conſ. Reg. v. confirmatio.* ubi refert, quòd
hac confirmatione exhibita Academiæ
Salmantinæ, ita DD. cenſuerunt, &
privilegia omnia revixiſſe virtute ip-
ſius, uſumque conſequenter omnium
licitum eſſe.

54 *Septimò.* Pius V. Anno 1571. die 7.
Jul. Societ. Jeſu, & Urban. VIII. Anno
1627. Duod. Cal. Febr. Congreg. ſancti
Mauri conceſſit, & innovavit omnia pri-
vilegia abſque exceptione, quòd non
ſint contra Trident. ergo ſicut virtute
confirmationis Pij IV. (de qua ſupra)
revixerunt privilegia revocata à Trid.
ex reſolutione Univerſitatis Salmant.
Inde virtute iſtarum conceſſionum eo-
rum omnium uſus eſt licitus.

55 *Octavò.* Idem Pius V. Ann. 1566. die
23. Maij pro foro conſcientiæ reſtituit
Minoribus omnia privilegia revocata
à Trid. ut teſtantur Lam. *in meth. p. 1. cap.
7. §. 6.* Dian. *tract. 2. dub. Reg. reſ. 59.* Ca-
puccin. *in annot. ad Caſar. v. communicatio.*
Portel. *v. privileg. ceſſat* Joan. Cruz *in epit.
lib. 2. cap. 3.* Vera Cruz *in ſpec. coniug.*
Compend. Societ. Jeſu, & plures alij.
Neque obſtat, quòd aliqui dicunt, hoc
privileg. fuiſſe revocatum à Greg. XIII.
per B. quæ incipit: *In tanta. Tum* quia in
illa non ſervatur forma requiſita ad ab-
rogationem privilegiorum, *tum* quia in
ſuperioribus *dub. 4.* ego allegavi Autho-
res affirmantes illam Bullam nunquam
fuiſſe promulgatam, *alios* dicentes, non
fuiſſe intimatam, & *alios* dicentes, non
fuiſſe receptam. *Neque* item *obſtat*, quòd
aliqui dicunt, illam Pij conceſſionem
eſſe oraculum, atque ideo cum alijs re-
vocatum, nam ex dictis ubi de confir. &
ubi de revocat. & infra patet contrariũ,
quia quando facta eſt revocatio Oracu-
lorum, hoc jam tranſierat in naturam
conſtitutionis. Adde quod Marchan. *de
ſacr. Ord. tract. 1. p. 5. c. 2.* affirmat hanc 56
eandem gratiam utendi in foro conſciẽ-
tiæ privilegiis revocatis à Trid. factam
eſſe Ord. Mend. alia conceſſ. Greg. XIII.
Quod item ſuæ Societ. ab eodem Greg.
conceſſum ait Gaſp. Hurt. *diſſ. 21. de Sacr.
Ord.* Et ſic, ſi non licet uti hâc gratiâ, qua-
tenus eſt Oraculum à Pio V. licebit qua-
tenus eſt à Greg. XIII.

Demum Prædictus Pius V. año 1570. 57
die 18. Jan. conceſſit & iñovavit *Domi-
nicanis* omnia privileg. *non obſtantibus Regu.
Cancellariæ editis, vel edendis, nec non quibusvis
conſtitut. ſeu Apoſtolicis, ſeu Provincialibus, ſeu
Generalibus.* Quibus videtur derogatum
Tridentino, aliàs ſuperflua eſſet illa
particula *Generalib.* (quod jura abhor-
rent) atque hæc de Tridentino.

*Sed* & probatur eadem mea *minor*, de 58
conſtitutionibus Sum. Pontificum nul-
lam earum ſufficienter derogare privil.
Regularium. Nam *primò* illæ pro maio-
ri parte non ſunt receptæ in Germania,
Hungar. Polon. Bohem. Gallia & mul-
tis alijs locis unde Regular. qui in illis
exiſtunt, inculpatè eas non ſervant, & u-
tuntur ſuis privilegijs, quantùmvis per
eas revocatis, at Ciſmontani gaudent

privilegijs Transmontanorum, ergo ijſ-
dem poſſunt uti non obſtantibus dictis
conſtitutionibus, & tunc non dicentur
facere contra prohibitiones vel conſti-
tutiones Pontificias, ſed uti communica-
tione ſibi indulta & non ſublata, cùm de
illa nihil dicatur in ejuſmodi conſtitutio-
nibus.

59 Facit ad hoc, quia Rex Cath. & Chri-
ſtianiſſ. habent privilegium, ne ulla Bulla
ſortiatur effectum in ſuis terris, niſi ſit
ipſis præſentata, & ab ijſdem acceptata,
ſoletque hæc præſentatio & acceptatio
fieri in Parlamentis ſeu Curijs ſupremis
cum conſenſu Advocati, Fiſci, ſeu Regis,
quod tamen non eſt factum pro ejuſmo-
di conſtitutionibus privilegiorum re-
vocatorijs.

60 *Tertiò*. Nullus Pontifex invenitur ob-
ſervâſſe formam requiſitam ad abrogan-
da privilegia in ulla ex dictis conſtitu-
tionibus, ergo ſunt omnes inſufficientes
ſecundùm dicta in ſuperioribus.

61 Punctum autem penitius expendendo
adverte, quòd revocationes Pontificiæ,
quæ magis inſtanter allegantur, vel ſunt
Bullæ Cœnæ Domini vel Gregor. XIII.
62 aut Urb. VIII. Et quidem quod ad Bullã
Cœnæ attinet, præter ea, quæ dixi ubi de
pot. Reg. ad abſol. *v. verùm nonnulli*. Et
ubi de pot. Præl. ad abſol. *v. nota tertiò*,
hæc non tollit, nec abrogat privilegia
cruciatæ, ut docent Villalob. *to. 1. tr. 27.
clauſ. 4.* A Coſta & Lud. de Cruce, quos
citat & ſequitur Macchad. *lib. 1. p. 3. tract.
8. doc. 4.* ubi dicit: *communem opinionem*.
Ergo à fortiori nec revocat aut tollit pri-
vilegia Regularium, cùm ſint longè fir-
miora, & magis radicata in ſingulis Or-
dinibus, utpote pluries confirmata, &
multò cariùs empta, nempe non duobus
Realibus (ut Cruciata) ſed ſuma ingen-
ti & contractis debitis, à quibus nec uſq;

huc potuerunt Regulares ſe exſolv
Quòd ſi dicitur Cruciatam non toll
revocari, quia ob duos Reales, qui i
receptione ſolvuntur, fit quidam co
ctus inter Papam & recipientem,
recipiente acquiritur jus ad privileg
cta Cruciatæ, quam æquiùs eſt d
nec tolli aut revocari privilegia Re
rium per Bullam Cœnæ, quæ ut di
to pretio, & non per ſimplicem, ſe
juratum contractum acquiruntur.

Quòd verò attinet ad revoca
Gregor. XIII. ſciendum eſt, qu
Pius V. eius Prædeceſſor multa d
conceſſiſſet Regularibus, & mult
qua in eorum favorẽ interpretatus
ſet in diverſis occaſionibus, & B
prædictus Gregor. dicitur hæc o
revocâſſe per Bullam ſuam, quæ in
*In tanta*. de qua jam alibi.

*Verùm Reſp. primò*, me jam alibi
monuiſſe, hanc Bullam aut non eſſ
mulgatam, aut non intimatam, a
receptam ſecundùm diverſos Doc
quorum authoritas reddit rem pr
lem. *Deinde* ego *Reſpondeo*, quòd u
advertit Caſſahing. Ipſemet Grego
rogavit dictæ ſuæ Bullæ, & illam
cavit per aliam quæ incipit: *Ex* 
per quam Minoribus confirmavit
novo conceſſit ſua privilegia ex
ſcientia, & ſubſequentibus Clau
*Non obſtantibus conſtitutionibus & litter
ſtolicis, per quoſcunque Romanos Pontif
etiam nos cum quibuscunque irritativis,
lativis, caſſativis, etiam privilegiorum
revocativis, quibus omnibus hac vice d
ſpecialiter & expreſſè derogamus.*
Gregor. non derogat generaliter
bus à Pio conſtitutis, aut conceſſis
his tantùm, de quibus loquitur in
Bulla (etiam poſito quòd ſit admit
& ſic alia omnia conceſſa, ſeu à dicto

ſeu

lijs Pontificibus, manent in ſuo vigore, ut inter alios advertit Roder. *to.* 1. *q. Reg.* 44. *a.* 3. Et quia frequenter occurrit memoria dictæ revocationis Gregorij XIII. ejusq; Bullæ, placet pro verificanda reſponſione ſub cõpendio diſpoſitionem ejus ſic ſubjungere. Ait igitur: *Cùm itaque felicis record. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter auditis gravaminibus, quæ fratribus Ordinum Mendicantium ab Ordinarijs locorum & Parochialium Eccleſiarum Rectoribus multis modis inferri dicebantur. Super ſacris Lectionibus & Concionibus habendis, Confeßionibus audiendis, Pœnitentiis imponendis fratribus ad Ordines promovendis. Celebratione Miſſarum. Cura animarum. Sacramentorum miniſtratione. Sepulturis. Quarta Funeralium, legatis, donationibus, Eleemoſinis, Collectionibus, aliiſque eiusmodi juribus. Nec non decimis, ac diverſis oneribus. Ac etiam ſuper ſtatu & regimine Montalium ipſis fratribus ſubiectarum formatione Proceſſuum. Cenſurarum publicatione. Proceßionibus, Præcedentia locorum acquiſitione. Cæteriſque aliis rebus tunc expreßis. Ac hac tanta varietate cognita. Statuimus & ordinamus de prædictis & aliis omnibus litteris & conſtitutionibus, quæ ab eodem Prædeceſſore ſuper eiſdem de rebus. Eam deinceps diſpoſitionem atque deciſionem pro ſubiecta materia futuram eſſe, quæ ſive ex jure veteri, ſive ex ſacris dicti Concilii Trid. decretis ante dictarum litterarum & conſtitutionum editionem erat. Et ſi ipſæ non emanaſſent futura fuiſſet &c.*

Quantùm demum ad revocationes factas ab Urbano VIII. Sciendum eſt, ipsũ primò revocâſſe omnia Oracula, ac deinde diſſ privilegijs in diverſis occaſionibus derogâſſe, & quidẽ plùs fortè quàm ullus alius ex ſuis Prædeceſſoribus. Verũ quod attinet ad Oracula, ego jam monui ... de conſt. aut per alias conſtitutiones fuiſſe conceſſa, aut per poſthumas confirmationes tranſiviſſe in naturam conſtitutionum. Et ideo fruſtraneam remanere eorum revocationem, uti & tenent Peyrin. *to.* 3. *in conſt.* 18. *Urban.* III. Vitalis *in arca theol. mor. tit. de iuriſd. inquiſit.* 4. Hieron. Garcias *in polit. Reg. to.* 1. *tract.* 8. *diff.* 1. *dub.* 6. Samuelius in *pra. de ſepult. in append. prælud.* 3. & Auſon. *in ſum. v. privil. n.* 16. quorum authoritas facit rem probabilem juxta dicta ubi *de revoc.* Ut interim non taceam Urb. VIII. non ſervâſſe formam præſcriptam & neceſſariam (ſecundùm opinionem probabilem (ad abroganda privilegia Regulariũ, quod valet ad evacuandas revocationes aliorum ab Oraculis. *Quibus addo*, quòd conſtitutiones per quas Urban. VIII. derogat privilegijs Regularium nõ ſunt propriè ipſius pro majori parte, ſed Card. de quarũ efficacia tractabitur in dubio ſequẽti.

*Dices*, vim inferri conſtitutionibus 71 Urb. VIII. cùm dicitur Oracula tranſiſſe in naturam conſtitutionum ſcriptarum, & ſub hoc reſpectu non eſſe revocata. Verùm Reſpond. me non eſſe ſolùm hujus opinionis, nam ecce 5 Authores quos pro illa allego, & quorum authoritas facit rẽ probabilẽ. *Deinde* ideo videtur Urb. revocâſſe Oracula, quòd poſſit eſſe ſuſpicio ne aliqua ſint, vel ſubreptitia vel ſuppoſititia, verùm quia ſucceſſivè fuerunt innovata, & de novo conceſſa ex *certa ſcientia, motu proprio, de plenitudine poteſtatis* & ex mera liberalitate Sedis Apoſt. ceſſat illa præſumptio, & conſequenter non eſt mirum, ſi Doctores conentur fruſtrare eorundem revocationem.

Quòd verò aliqui *dicunt* intentionis 72 Urban. fuiſſe, revocare privilegia originariè conceſſa per Oraculum, in quamcunque naturam tranſierint. *Reſpond.* ridiculum eſſe, quia in iſtis materijs adhæremus verbis & terminis: Nec quærimus de intentione diſponentis.

Et præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et præcipuè quando ipſe eſt Legislator, & qui potuit clariùs loqui; ut interim nõ taceam vix potuiſſe Vrbanum habere tã generalem intentionem, cùm ut iam dixi, illa intentio fundetur in præſumptione ſubreptionis interventæ in impetratione talium oraculorum, quæ purgatur per ſubſecutas confirmationes. Et ſic manet probata *mea minor* quoad ſecundam partem.

73 Quantùm autem ad ultimam de *declarationibus Cardinalium*. Licèt in ſe ſint maximi ponderis, & omni honore dignæ. Eæ tamen non ſunt ſufficientes ad derogandum privilegijs. *Tum* quia illæ non ſervant formas debitas. *Tum* quia non habent vim legum, ſed ſunt tantùm Magiſtrales, ut docent Zipæu. *in novo jure pont. lib. 5. de penit. & rem.* Ioan. Valer. *in differ. utriuſque fori. v. abſol. & v. nullitas* Pont. *lib. 5. de matr. cap. 13. §. 2.* Serar. *in proleg. biblic. cap. 19. quæſt. 11.* Portel. *v. cardin. declar.* Dian. *reſol. 29. de legib.* Suar *lib. 6. de legib capit 1.* Melpheſ. *tract. 9. cap. 13.* &
74 plures alij. Imò ex eo, quòd fuit deprehenſum, nonnullas declarationes circũferri tanquam à Cardinalibus editas, quæ tamen ſimpliciter erant falſæ & ſuppoſititiæ: volens S. eorum Congreg. ejuſmodi abuſibus obviare, habito verbo cum Sanctitate Vrbani VIII. & de ſpeciali ejus mandato ſancivit, ne in futurum vlla fides, ſeu in judico, ſeu extra adhibeatur, ulli decreto, deciſioni, declarationi, impreſſæ, vel imprimendæ, aut manuſcriptæ, niſi in ſolita Forma cum ſolito ſigillo & ſubſcriptione Cardinalis Præfecti, ac Secretarij Congregationis probetur ab ea emanâſſe. Barboſ. *in collect. bull. v. interp. pro ſacroſ. rit. & pro interpr. concil. 2. & 3.* In Francia verò omnes penitus reij-
75 ciuntur decreto Senatus Pariſienſis. Solùm poteſt eſſe difficultas de illis, quæ eduntur habito verbo cum Sanctiſſim de quibus pro maiori claritate placet quens dubium proponere.

## D V B. VIII.

*Cui tribuendæ conſtitutiones editæ à Car bus, habito verbo cum Sanctiſſimo? quam vim habeant?*

### S U M M A R I U M.

1 *Conſtitutiones Cardin. habere vim legum mant aliqui.*
2 *Sed negant alii.*
4 *Omnes ſunt ejuſdem virtutis.*
6 *Allegantur Authores 19. negantes ea & ſeq.*
8 *Diverſo ſenſu poſſunt intelligi fieri habi* bo.
9 *Vnde ſolùm redduntur promptiores Ca ad illas vulgandas.*
10 *Vel ipſæ magis acceptabiles.*
11 *Sed ut habeant vim legũ, opus eſt, ut pap liam legem id eis tribuat.*

VIm legum habere ait Diana. *tract 2. reſ. 9* Quin etiam oblig ſub mortali putat Marchin. *de Sa Ord. tract. 1. p. 1. cap. 12.* Sed utru negant & non eſſe niſi directivas, infracitandi Doctores, cùm Verric *qq. mor. tract. 2. quæſt. 6.* Caſſahing. *p. 1. c. 1. prop. 3.* Et Petr. Aurel. *ceuſur. pariſ. ubi ſic loquitur: Frivolum rere, quidquid privilegio Pont. Max. ritate Magiſtri ſacri Palatii Romæ exc verùm irreprehenſibile, infallibile hoc Credulitate hominum, & Romanæ Vrbis ritate ad rudiores illaqueandos abutitur quis tale delirium ſpargit in vulgus*

Hoc ut parum uberius explicetur colendum *Primò*. Id quod de opi probabili dixi ex Ioan Sanch. & M chad. eam talem eſſe: non ſolùm ali-

aliquis Author adſtruit&rationibus probat, ſed etiam quam ex dictis ejus per neceſſariam conſequentiam inferimus.
Secundò. Supponendum eſt de ejuſmodi
4 conſtit. editis habito verbo cum Sanctiſſimo, & de mandato ipſius: eſſe omnes æqualis Ordinis&ejuſdem efficaciæ, quãtum ad vim obligandi, vt quale iudicium de una, tale de omnibus ( quantùm ad
5 hic) ferre debeamus. *Tertiò.* Quòd ſi aliquis gradus, aliquave differentia, virtutis obligativæ poſſit inter illas poni: certè illa præ omnibus alijs decenda eſt obligare, quæ prohibet abſolutionem caſuum bullæ cænæ Domini, vel quos Epiſcopi ſibi reſervant. *Tum* quia non ſemel, ſed uſque quater fuit iterata, nempe bis ſub Clem. VIII. ſemel ſub Paulo V. Et iterum ſub Vrban. VIII. *Tum* ob terminos ſingulares & irritativos, quibus in illa
6 utuntur Cardinales. At his non obſtantibus, plures Doctores quos ego ad 11. citor. *nota 4* & ad *4. v. quod verò.* dicunt, ea conſtitutione non obſtante fas eſſe abſolvere à dictis caſibus. Ergo ſignum eſt, quòd ipſi tenent eam non habere vim legis, neque obligare, nec conſequenter alias omnes. Et ſimiliter Macchado *in perſ. confeſſ. lib. 1. p. 3. tit. 1. docum. 5. & tit. 8. doc. 5.* & Sanch. *in ſum. l. 4. c. 54* Trull. *l. 1. in bull. cruciat. §. 7. capit. 2. dub. 6.* Lud. à cruce. Et plures alii dicunt: non obſtante dicta conſtitutione, & annua promulgatione Bullæ Cenæ, fas eſſe abſolvere ab ejus caſibus virtute cruciatæ, quod non poteſt eſſe niſi ſimiliter dicatur illam conſtitutionem non habere vim legis, & ita eos tenere: eſſeq; conſequenter probabile (
7 juxta notata in initio ) quòd neque omnes aliæ. Nam ita neceſſariò debemus ex eorum doctrina inferre; quòd ſi dictum unius Authoris generat opinionem probabilem, quam æquius ut hoc credamus, non ubi unicum, ſed ad 19. habemus.

Quomodo verò intelligantur ejuſmodi conſtitutiones fieri *habito verbo* cum Sanctiſſimo & tamen non obligare. *Reſpond.* hoc poſſe intelligi variis modis, nẽpe *primò* ſic ut in eodem conclavi Papa ſimul cum Cardinalibus eadem poteſtate aliquid conſtituat: & hoc non poteſt eſſe, quia poteſtas Papæ in eo ſolo reſidet, utpote illi ſoli data, licèt Cardinales illi aſſiſtant tanquam Conſiliarii. Vnde quod reſolutum fuerit, non attribuetur Papæ ſimul & Cardinalibus, ſed ſoli Papæ, & illius ſolius nomine promulgabitur. *Secundò.* Poteſt intelligi Cardinales cudere ejuſmodi conſtitutiones: ſic ut antequam plenè eas terminent, aut publicent, præſententur Papæ, qui diſpoſita & ordinata laudet, approbet, & publicari jubeat: & ipſi Cardinales reſponſo Pontificio confirmati effectivè in publicum edant. Et tunc non ſunt niſi Cardinalium, ſicut de facto eorum nomine ſolo publicantur, neque ob id habent naturam abſolutam legum, quamvis approbatio Papæ cuius authoritate & mandato publicantur, reddat eas magis acceptabiles maiori honore dignas, & ob id magis ſpontaneè inclinemur ad eas recipiendas, & magis ſecurè operemur, dum ſecundùm eas noſtra regulamus Vt ſi quis v. g. ſuum Confeſſarium, vel cùm ſit ſimplex, juriſperitum conſulat, redditur quidem audacior ejus conſilio, & ſecuriùs exequitur quod mente conceperat, ſed ipſi ſoli imputatur, quod facit, licèt factum propter conſilium periti quod intervenit, magis æſtimetur. Sic quando Papa approbavit exercitia Sancti Ignatii, aut revelationes Sanctæ Brigitæ, ac juſſit edi in publicum: nõ inde inferre ſtatim debemus, eas habere vim legum, aut editas ut fidem infallibilem

lem eis adhibeamus : ſed ſolùm ut maiori affectu illas recipiamus & certi fiamus,
10 nihil *ibi* eſſe, quod non ſit bonum, & utile. *Tertio* modo poteſt intelligi has conſtitutiones fieri : nempe ſic, ut à ſolis Cardinalibus, ſed poſteà Papa jubeat obtemperari, & tunc quamvis neque ſic vim legum habeant, ratione tamen mandati
11 Pontificii erunt ſervandæ, obligante ipſo mandato, verùm neceſſe erit, ut de illo conſtet, & ad hoc ut ſeu per illud, ſeu per tales conſtitutiones tollantur privilegia Regularium, oportebit ſervare formas requiſitas, de quibus in dub. præcedenti, quod quia non fuit factum, ideo & quamvis quoad alia obligent, quantùm tamen ad derogandum privilegiis ſunt inſufficientis efficaciæ.

## DUB IX.

### *An credibile, quòd Sanctiſſimus, vel Patres Purpurati circumventi aliquando tollant Regularibus ſua Iura, vel privilegia?*

### SUMMARIUM.

*1 In obtinendis reſcriptis Pontif. ſæpe committitur ſubreptio.*
*2 Et vel maximè in revocationibus privilegiorum.*
*3 De quo ſubijciuntur exempla.*
*3 Omnia obtenta per ſubreptionem non vult Papa ſortiri effectum & 4.*
*4 Prima intentio Papæ eſt ſervare cuiq. ſua jura.*
*6 Etiam aliquando Cardinales circumveniuntur in ſuis Congregationibus & ſimiliter revocāt aliqua circumventi.*

DIxi in dubio ſexto, leges fundatas in falſa præſumptione non obligare, quando de veritate conſtat in oppoſitū, atque inde inferebam, probabiliter etiā non obligare privilegiorum revocationes emanatas ex falſa præſumptione. Nunc quæritur, an de facto ita aliquand[o] contingat, ut vel Papa, vel Cardinales [...] oculati, tanta prudentia dotati, ac e[x]perientia inſtructi, ex circumventi[one] tamen, & falſa præſumptione tollant [ali]qua privilegia.

Et quidem de aliis negotiis, & quod [in] reſcriptis obtinendis à Papa committ[atur] fraus, apparet ſatis ex his, quæ trac[tant] DD. de *ſub-* & *obreptione*. Et ex clau[ſula] quam ipſe Papa ſolet apponere ſuis [re]ſcriptis : *ſi preces veritate nituntur*. Se[d de] ſolis Regularium juribus & privile[giis] hîc movetur *dubium*.

Ad quod ego *Reſpondeo*, quòd cùm [Re]gulares habeant non paucos æmul[os] etiam & fortè adhuc frequentiùs c[om]mitti ſub- & obreptionem in impetr[atio]nibus, quæ illis adverſantur, quam [in nul]lo alio negotio, quod cùm ſit quaſi [fa]cti etiam inductione, & per exempla [pro]bandum erit. Et ex multis hæc p[auca] ſubiicio.

Primum, ex B. Eugen. IV. quæ inc[ipit]: *Ex injuncto*. Et aliā, quæ incipit : *Reg[ularem] vitam*, de quibus frequenter in ſuper[iori]bus. Et in quibus dictus Eugen. volen[s ob]viare ejuſmodi fraudibus, ſic eas ex[pre]ſſe indicat : *cùm plerumque contingat impor[tuni]tate petentium, & negotiorum multi[tudine,] ſuppreſſione veritatis, Sum. Pontifices [fal]ſos aut circumventos ea concedere, quibu[s] nullatenus annuerent* &c. En ergo co[nfes]ſionem manifeſtam, quòd in revo[catio]ne privilegiorum Regularium Pōn[tifices] circumveniantur, & hoc non aliqu[ando,] ſed *plerumque*. Et hoc : *Importunitate p[eten]tium*, hoc eſt æmulorum Regulari[um. *Sup]preſſione veritatis*. hoc eſt falſis quere[lis &] accuſationibus, *&c.*

Aliud exemplū ſuppeditabit nobi[s Julius] II. in B. quæ incipit : *Religionem* [...] expedita anno 1508. die 30. Ian. in [...]

rum *Auguſtinian.* Nam cùm quidam Sylvius impetràſſet ab eodem Jul. quaſdam domos, ſeu Eccleſias dictorum Auguſtin. & illi non aſſentirentur lite mota, & ad ipſum Jul. delata. Ille ſilentium impoſuit Sylvio, & declaravit: *Suæ intentionis & primi propoſiti ſemper fuiſſe, conſervare illas domus Ordini, cuius erant.* Ac proinde impetrationes illarum, qualitercunque factas (etiamſi *motu proprio*) non tenere. *Prout per præſentes* (inquit) *atteſtamur, & declaramus, dictasque impetrationes per inadvertentiam & præter mentem noſtram & voluntatem factas.* En aliam declarationem adhuc luculentiorem. Ex qua & paucis verbis licet multa colligere. Nempe quòd licèt Sanctiſſimus diſponat aliquid in præjudicium Regularium aut aliqua jura, vel etiam bona & domos ipſis tollat: ſuæ tamen intentionis & primi propoſiti, hoc non eſſe: id eſt per inadvertentiam & circumventionem impræviſam factum eſſe, & conſequenter præter ſuam voluntatem, atque ideo nullo modo valere & tenere. Quibus ſic ſtantibus, quis dicat Regulares obligatos debere hujuſmodi derogationibus ſubreptitijs, quas nec ipſe Papa unquam voluit, nec intendit. Imò cujus intentio & primum propoſitum ſemper contrarium fuit.

6 Sed ne putetur ſolus Papa circumveniri ab Adverſariis Regulariũ in tollendis illis ſuis juribus & privilegiis, audiamus etiam illuſtrem Illuſtriſs. Cardinalium declarationem, quam ego de verbo ad verbum deſumpſi ex Bullario Caſſin. in quo eſt Ordine 279. Et ſic habet: *Cùm aliàs ſacrorum Rituum Congregatio interdixerit Abbatibus Congreg. Caſſin. Ordin. Sancti Bened. quando ſolemniter celebrant uſum Baldachini, & quorundam Miniſtrorum, prout in decreto ſub die 18. Mart. Anno 1617. latiùs cõtinetur. Et ab hoc decreto D. Honorius de Peruſio, Procurator eiuſdem Congregat. ſe gravatum prætenderet, & allegaret ſuam Congregationem, tunc indefenſam fuiſſe, neque pro eius parte factas aliquas probationes, nec eius jura deducta. Imò fuiſſe præſuppoſitum eoſdem Abbates contra ſolitum uſum Baldachini introduxiſſe, quod tamen minimè verificabatur in facto, fuit ab eadem S. Congreg. mandatum, ut de novo audirentur. Et cauſa ad hunc effectum commiſſa Illuſtriſs ac Reverendiſſimo Cardinali Lancelloto, coram quo fuerunt exhibitæ plures atteſtationes, & teſtium depoſitiones, & tandem facta ab eo relatione. Eadem S. Rit. Congregat. cauſâ diligenter diſcuſſâ, declaravit in hac parte recedendum eſſe à prædicto decreto, ac cenſuit licere eiſdem Abbatibus, quando ſolemniter in eorum Eccleſiis celebrant, uti Baldachino &c.*

Ecce ergo tibi accuſationem falſam, 7
& de falſitate convictam: ecce jus & privilegium in conſequentiam falſæ accuſationis ablatum: & detecta veritate reſtitutum. Sicut autem Abbates Caſſin. accuſati ſunt de uſurpatione Baldachini ita & illos aliosque Regulares, non dubito frequenter in aliis materijs accuſari. Unde nec immeritò dixi, contingere, ut Regularibus tollantur ſua privilegia ex falſa præſumptione: & quòd ſicut non obligat lex in tali præſumptione fundata, ſic neque revocatio privilegiorum, ſaltem pro foro interiori.

*
* *

(*) Hoc ſolet habere præcipuum Apoſtolic. Sedes, ut non pigeat revocare, quod à ſe fortè deprehenderit fraude elicitum S. Bern. Epiſt. 180.

## D U B. X.

### *An Privilegia Regularium ſuſpendantur in Anno Sancto Iubilæi, vel per Bullam Cruciatæ.*

**S U M M A R I U M.**

1 *In Anno S. Iubilæi ſuſpendi privilegia Regular. putant aliqui.*
2 *Meliùs negant alii.*
3 *Explicatur extrav. quemadmodum.*
4 *Clauſula, ſub qua publicatur Cruciata ſuſpendit privilegia ſecundùm aliquos.*
5 *Secus ſecundùm alios.*
6 *Vbi quomodo intelligenda. De particularibus Iubilæis nihil poteſt certi definiri.*

CUM privilegia Regularium verſentur circa varias materias non univerſaliter tamen de omnibus procedit dubium, aliàs negativa eſſet de ſe evidens: ſed tantùm procedit de tribus præcipuè, nempe de poteſtate abſolvendi,
1 diſpenſandi, ac de indulgentijs. Et quidem quod ad Annum ſanctum ſpectat. Navar. in *com. de jubil. §. in Levitico. num. 28. & lib. 5. conſ. 16. de privil.* omnino affirmat ſuſpendi per dictum annum privilegia conceſſa circa prędicta, cui quantùm ad Indulgentias majores ſeu plenarias (licèt non quantùm ad minores) aſſentitur Vivald. *in eand. p. 1. tit. 9 de Indulg.* Et ita videtur diſpoſitum *in extrav. Quemadmodum de pænit. & rem. inter. com.*
2 Attamen contrarium tenent Leſſ. *lib. 2. de iuſt. cap. 42. dub. 12.* Henriq. *lib. 7. de pænit. cap. 21. & 28.* Sanch. *in ſum. lib. 4. cap. 54. n. 62.* ubi præter Leſſ & Henriq. citat Emanuel. Et ait plures Dominican. & Franciſc. ita tenere: quod Navar. *loco ſupracit* putat etiam probabile. Et *Ratio eſt*, quia cùm privilegia ſint adeò favorabilia, & non uni vel alteri Monaſterio conceſſa, ſed toti Ordini, & adeò ced… in bonum commune fidelium: non … dentur poſſe ſuſpendi per verba tam ge… neralia Jubilæi, ſed opus eſſe ſpeci… mentione alijſq; conditionibus, de q… bus ſuo loco. Quantùm verò ad extr… *Quemadmodum.* In qua fundatur du… intelligi debet de privilegijs non que… conceſſa in communi Ordinibus Re… larium, ſed ſingulariter certis locis … Monaſterijs.

Quod autem attinet ad Cruciatam … la in ſua Clauſula 12. ſuſpendit omnia … vilegia, omneſque Indulgentias co… ſas, quibusvis Eccleſijs, locis pijs re… naſterijs per annum, quo publica… Quomodo autē ſit intelligenda illa C… ſula, aut de quibus privilegijs Ac… *in expoſit. eiuſd. Bull. quæſt. 108.* ait uni… ſaliter de omnibus etiam Regular… Sed Nugn. 3. *to. 2. tract. de bull.* … Diana 1. *p. tract. 2. reſ 88.* Macchad … *p. 2. tract. 4. doc. 7.* Rodriq. Villalob… alij ſupracitati veriùs æſtimant ſuſp… per eam ſola privilegia privatorum … modo & ratione, quâ per Jubilæum … ſancti. Quantùm verò ad alios Jubil… cùm non ſoleant ſub eadem forma … cedi: nihil etiam certi poteſt dici, ſe… Bullam cujuſque & ejus Clauſulas … attendendum.

## D U B. XI.

### *An Eremitæ ſint Religioſi? Et com… Religioſorum Privilegiis fruan…*

Ad c. 1. ſect. 2.

**S U M M A R I U M.**

1 *Eremitæ ſunt Perſonæ religioſæ.*
3 *Et Eccleſiaſticæ.*
2 *Habent Chriſtum pro capite.*
4 *Et ſunt ſub Epiſcopo.*

5 *Eremitæ*

*[E]remitæ ex utero ſunt Laici.*
*[Po]ſſunt habere proprium.*
*[E]t nubere.*
*[E]remitæ poſſunt conveniri coram Iudice laico.*
*[N]on ſunt exempti à Gabellis.*
*[E]remitæ ſunt locuſtæ ſine Rege.*
*[E]rdem juſſi ſunt ſe recipere in Monaſteria.*
*[E]remitarum duo genera, de quibus prædicta explicantur & ſeq.*
*[Ec]cleſia tolerando à ſuis exordijs Eremitas approbavit.*
*[Non] ſufficit, quòd profiteantur ſtatum Eremiticum.*
*[Pa]upertas Religioſa habet latitudinem.*
*[Qu]ibdam permittebantur Monachi teſtari.*

AFfirmat Archid. *c. unic. de exceſ. Præl. in 6.* ubi eos vocat perſonas religioſas: unde ſicut Religioſorum cæterorũ, [...]itæ ipſorum caput Chriſtum affirmat Butr. *in ſuo conſ. 19.* Conſentit Imol. *in cap. Monaſterium. de elect.* Et Innoc. *cap. cùm ad Monaſterium de ſtat. Mon.* ubi dicit eſſe Eccleſiaſticos, favent & Gloſſ. *in cap. nulla. d. 93. & can. qui verè 16. quæſt. 1.* Butr. *cap. nullus. de for. comp.* & Imol. *Clem. per litteras de præb.* Quos ſequuntur nonnulli in *cap. indemnitatibus. de elect. in 6.* Dicentes, eos ſubeſſe jurisdictioni Epiſcopi. Quæ omnia verificantur ex eo præcisè, quòd ſint mancipati cultui divino, etiamſi forte nullam Regulam, nullaque vota ſint profeſſi, ſecundùm Joan. Mon. *in cap. cit. qui verè.* Calder. *conſ. 121. 7. de judic.* & Angel. *conſ. item 121.*

Contrarium tamen tenent Gloſſ. *cap. ſcripſit 27. quæſt. 1.* Card. & Joan. de Lign. *[...]dem cit. per litteras.* & Panor. *cap. cit. nullus.* dicentes quòd Eremitæ *Ex utero Ma-*
5 *tris nati ſunt Laici.* unde ſemper reputandi ſunt manere in eodem ſtatu, niſi interveniat aliquis actus per quem transferantur in alium puta, vel per ſuſceptionem Ordinum vel Profeſſionem in aliquo Ordine; aliàs ſequeretur, poſſe aliquem proprio arbitrio ſe eximere à jurisdictione. Quin etiam Bellencin. *cap. cum Ioannes. de fid. inſtr.* Imol. *eod & c. cùm Monaſterium. de elect.* Abb. & Niconit. *in rubr. de teſta.* & Bald. *auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. Eccl.* affirmant poſſe eos habere pro- 6
prium. Imò & poſſe eos teſtari affirmat S. Gregor. apud Gratian. in *cap. perlatum. 19. quæſt. 3.* Et nubere Gloſſ. *cap. ex parte. 2. de conu. coniug.* Abb. *eod.* & Butr. *cap. cit. cùm Monaſterium.* Quod eſt ſignum evidens non comprehendi illos nomine Religioſorum, quibus hæc tã diſtrictè prohibentur in jure. Et ad hoc conformiter 8
Innoc. *in cap. ſignificantibus. de off. del.* Ancar. *Clem. cùm ex eo. de ſent. ex.* & Calder. *conſ. 7. cit.* dicunt, poſſe illos conveniri coram Judice laico. Et noviſſimè Lugo. *to. 2. de iuſt. d. 36. ſect. 7* ſcripſit eos non eſſe exemptos à Gabellis. Quin & inſtitutum eorum ſatis improbat Gloſſ. *cap. cit. qui verè.* Et Socin. *cap. 1. de for. comp.* ubi hoc hominum genus appellant: *Locuſtas quæ non habent Regem.* Quod fuit cauſa ut in 6. Synod. gen. *can. 42.* jam olim juſſi ſint ſe recipere ad Monaſteria. In 12
hac autem opinionum & DD. tanta varietate, arbitror ego diſtinguendum eſſe inter Eremitas. Nam qui propria voluntate ſe induunt & vivunt, qui ut loquitur S. Bened. in ſua Reg. *Non Dominicis ſed ſuis incluſi ovilib. pro lege eis eſt deſideriorum voluptas.* Sanè Religioſos non dixerim, nec Religioſorum gaudere privilegijs, & de his ego intelligo loqui Authores ſecundæ ſententiæ. At ſecus eſt de his, qui 13
habitum recipiunt de manu alicujus Epiſcopi, ſeu alterius, qui ad hoc habeat poteſtatem, & ſub ejus obedientia vivunt propter rationes in oppoſitum: & de iſtis debent intelligi Authores *primæ ſententiæ.*

14 Nam ex quo Eccleſia eos tolleravit jam à ſuis initijs, cenſetur modum eorum vivendi & ſtatum approbâſſe, multisque
15 miraculis Deus confirmavit, ut videre eſt in vitis Patrum. *Neque obſtat*, quòd dicantur nullam Regulam profiteri: nam hoc ipſo, quòd ſunt Eremitæ, cenſentur Regulam ſeu ſtatum Eremitarum pro-
16 feſſi; Neque etiam quòd retineant proprium, quia Status religioſus habet ſuam latitudinem, & non idem rigor, eademq; vitæ norma requiritur in omnibus, ſed diverſum permittit Eccleſia, quæ licèt damnet proprium in alijs: in Eremitis tamen tolleràt, ſicut in Clericis Societat. Jeſu poſt primam Profeſſionem, retinent enim proprium, & tamen inter Religioſos computantur. Ad quod non parum facit: *l. Generali C. de ſacroſ. Eccleſ.* per quam olim dabatur Monachis omnibus facultas teſtandi, & ſic ſupponebantur habere proprium.

## DUB. XII.

### *An Regularis poſſit abſolvi à caſu reſervato ſuo Superiori ſine ejus licentia?*

Ad Cap. 4. ſect. 3.

SUMMARIUM.

*1 Poteſtas reſervandi caſus eſt limitata Prælatis Regul. & 2.*

*3 Prælati regul. non poſſunt eos obligare, ut ſibi confiteantur.*

*4 Prælati regul. debent eis deputare Confeſſarios pro ratione numeri.*

*5 Prælati regul. non poſſunt in adminiſtratione Monaſter. uti notitiâ habitâ per Confeſſion.*

*6 Prælati regul. poſſunt determinare pœnitentiam pro certis peccatis.*

*7 Regularis poteſt abſolvi à caſu reſervato ſuo Superiori ſine eius licentia.*

*10 Quomodo, & quando.*

*Et ſeq. uſque ad 14.*

*8 Privilegia regul. ſunt æquè efficacia ac cruciatæ.*

SUppoſita poteſtate reſervandi ca[...]
in Prælatis ordinarijs, de qua Trid[...]
*ſeſſ. 14. c. 7. & can. 11.* Cùm eam Præl[...]
Regularium habeant ſecundùm q[...]
dixi ſect. præced. *cap. 22.* Clem. ta[...]
VIII. reſtringendo ſua conſtitu[...]
quæ incipit: *Sanctiſsimus*, vetuit, ne p[...]
aut alios reſervarent, quàm 11. illos[...]
gares, Veneficia, Incantationes, &c[...]
ſub finem conſtitutionis ſequentes [...]
culos addidit: *Si quod aliud præter[...]*
*catum grave pro Religionis conſervatione[...]*
*pro conſcientiæ puritate reſervandum vide[...]*
*id non aliter fiat, quàm generalis Capitul[...]*
*to Ordine aut Provincialis in Provincia, [...]*
*ra diſcuſſione & conſenſu. Non liceat Super[...]*
*bus Regular. Confeſsiones Subditorum au[...]*
*niſi quando aliquod peccatum reſervatum [...]*
*ſerint, aut ipſimet ſubditis ſponté ac propr[...]*
*tu id ab eis petierint.*

*Superiores in ſingulis Monaſterijs dep[...]*
*duos, tres, aut plures Confeſſarios pro ſ[...]*
*numero maiori vel minori, iique ſint doct[...]*
*dentes, ac charitate præditi, qui à nõ reſer[...]*
*eos abſolvant, & quibus etiam reſervator[...]*
*ſolutio committatur, quando caſus occurr[...]*
*quo eam deberi committi, ipſe in primis C[...]*
*ſarius iudicaverit.*

*Tam Superiores pro tempore exiſtentes[...]*
*Confeſſarii, qui ad Superioritatis gradũ [...]*
*promoti, caveant diligentiſsimè, ne ea [...]*
*quam de aliorum peccatis in Confeſsione h[...]*
*runt, ad externam gubernationem utantur.*

*Licebit tamen Superioribus determina[...]*
*nitentias graves quibusdam peccatis, etia[...]*
*reſervatis à Confeſſariis imponendas, qu[...]*
*tos ab eiusmodi perpetrandis cohibere poſ[...]*
Clem. VIII. in dicta conſtitutione. [...]
tur *poſito*, quòd aliquis Prælatus reſe[...]
verit ſibi aut omnes illos caſus, aut [...]
aliquos, vel etiam alios ſecundùm te[...]
rem ejuſdẽ conſtit. Nunc *quæritur*, an [...]
inferior poſſit ab his abſolvi ſine eius [...]

centia

centia, & hactenus pars negativa mihi viſa fuerat tenenda, & ſola certa, quia alias fruſtra viderentur caſus reſervari. Sed Macchad. *in perf. confeſs. l. 1. p. 3. tract. 1. dicam. 5.* partem affirmativã mihi reddidit probabilem per hoc, quòd ait id licitum virtute Bullæ cruciatæ, quia (inquit) Prælati Regularium non reſervant ſibi caſus niſi per poteſtatem quaſi Epiſcopalem (quam illis attribuimus) atqui Cruciata concedit abſolutionem caſuum, quos Epiſcopi ſibi reſervant; Ergo & quos Prælati Regul. *Por que la bulla habla generalmẽte; es doctrina comun, que ſe ha de entender, tambien de los caſos, que los Prælados de las Religiones huuieren reſervado, lo miſmo que ſe ha dicho, de los reſervados por el Obiſpo.* At privilegia Regularium dant illis generalem poteſtatẽ, ut poſſint abſolvere à quibuscunque caſibus (*) etiam reſervatis Epiſcopis, & ab his abſolvi, & nõ ſunt minoris efficaciæ, quam Bulla Cruciata, imò maioris longè exiſtunt, ergo eo jure dicuntur Regulares poſſe abſolvi à caſibus reſervatis ſuis Superioribus, virtute Cruciatæ eodem & virtute privilegiorum. Nec tamẽ inde ſequitur reſervationes Prælatorum regul. fore irritas, ſicut non dicimus irritas Epiſcoporum, quamvis Regulares abſolvant ab his eorum ſubditos.

Duobus igitur modis poteſt intelligi prædicta opinio, nempe ſic (quòd videtur velle Maccado) ut Regularis habens caſum reſervatum ſuo Prælato, abſolvatur non indifferenter, & toties quoties, ſed certis vicibus, aut diebus in anno ſecundum privilegia relata *ubi de confeſſ. paſs.* Et tunc virtute eorum abſolvetur, ſicut poſſet abſolvi virtute Cruciatæ. Vel ſic poteſt intelligi prædicta opinio, ut Regularis habens caſum reſervatum abſolvatur ab alio Regulari, alterius Ordinis vel Monaſterii per privilegia quæ concedunt abſolutionem caſuum quos Epiſcopi 12
ſibi reſervant. Aut etiam à ſimplici Sacerdote laico, (qui ſit approbatus) juxta opinionem eorum qui tenent Sacerdotem ſine ſpeciali licentia poſſe abſolvere penitentem à caſu, qui ſit ipſi reſervatus in ſua Diœceſi, ſed non in iſta, in qua confitetur. Dixi autem à Regulari alte- 13
rius Ordinis vel Monaſterij, nam ſi velit abſolvi ab aliquo, qui ſit ejuſdem, non poterit niſi juxta primum modum, quia reſervatio ligat illi manus.

Sed & quando Confeſſarius regularis judicat non expedire ſaluti pænitentis, 14
quòd eum remittat ad Prælatum pro abſolutione caſus ipſi reſervati poterit probabiliter ipſum per epicheiam abſolvere eo modo, quo ego dixi. De illo qui habet caſum reſervatum Epiſcopo vel Papæ, ubi de poteſtate abſolvendi num. 6.

(*) Suarez, in ſum. li. 4. cap. 54. num. 6.

## D U B. XIII.

*An Vicarius Prælati Regularis poſſit ſuum pænitentem Regularem abſolvere à non reſervatis ſolùm, & pro reſervatis exſpectare diem, in qua ſcit Prælatum diſceſſurum, & eius poteſtatem ad ſe devolvendam?*

Ad idem Cap.

### SUMMARIUM.

1 *Confeſſionem licet dimidiare.*
3 *Etiam ſine cauſa.*
1 *Quomodo intelligendum Confeſſionem dividi.*
2 *Et quam Contritionem debeat pænitens habere*
4 *Regularis poteſt confiteri non reſervata ſuo Confeſſario ordinario, & pro reſervatis exſpectare abſentiam Prælati.*
7 *Hæc opinio eſt probabilis.*
6 *Pro ea tamen falſò citantur aliqui Doctores.*
5 *Et Author eam reÿcit,*

HUic dubio ſolvendo præmittendũ eſt, quòd ut cõmuniter dicunt nonnulli, fas eſt Confeſſionem dimidiare, quod ſic explicant: ut ſi Confeſſio fiat

Con-

Confeſſario ordinario omnia peccata
ei aperiantur ipſe verò auditis omni-
bus, det Abſolutionem à ſolis non re-
ſervatis, pro reſervatis verò remittat
pænitentem ad Prælatum. Quòd ſi
Confeſſio fiat primùm ipſi Prælato ſola
reſervata illi aperiantur qui ab illis ab-
ſolvat, ac deinde pro non reſervatis tam
confitendis, quàm abſolvendis remittat
pænitentem ad ſuum Confeſſarium or-
dinarium, cui reſervato licet jam à Præ-
lato abſoluta ſimul cum non reſervatis
aperiat; Manent tamen Authores huius
2 opinionis, debere pænitentem habere
contritionem generalem, & tunc in-
quiunt virtute huius, dum abſolvitur per
Prælatum à ſolis reſervatis indirectè ab-
ſolvitur ſimul à non reſervatis, & ſimi-
liter dum abſolvitur per Confeſſarium
ordinarium à non reſervatis, abſolvitur
indirectè à reſervatis, attento quod unũ
peccatum non poſſit abſolvi ſine alio, &
gratia quæ per abſolutionem infunditur,
æqualiter excludat omnia, ita Suar. *to. 4.*
*de penit. d. 31. ſect. 3.* Durand. *in 4. d. 16.*
*quæſt. 5.* Regin. *lib. 5. nu. 150.* Vaſch. *q. 61.*
*a. 3. dub. 9.* Coninch. *d. 8. de penit. dub. 9.*
Navarr. *in ſum. c. 26. num. 5. & ſeq.* Tolet.
*lib. 3. c. 8.* Et alij. Et hoc licitum eſt non
3 tantùm quando ſubeſt cauſa, (ut ſi Præ-
latus eſt ita impeditus, ut non poſſit au-
dire omnia peccata pænitentis) ſed etiam
quando nulla cauſa ſubeſt, ut vult Man-
cini *in pract. 4. viſit. inſtr. dub. 13.* ubi poſt
Bonac. *d. 5. de pænit. p. 5. §. 3. prop. 2.* ait
ita tenere Summam Coron. *p. 4. de pænit.*
*n 25.* Caiet. *v. confeſſio. cond. 10.* Sà. *v. ab-*
*ſolutio.* Zerol. *de pænit. cap. 13. quæſt. 13.* Sayr.
*de pænit. c. 16.* Medin. *de confeſſ. quæſt. 12.*
Lopez. *1. p. cap. 27.* Valent. *to. 4. d. 7. q.*
4 *11. p. 1.* Igitur ſuppoſitâ hâc doctrinâ ſicut
Prælato exiſtente in Monaſterio, poteſt
pænitens accedere ad Confeſſarium or-
dinarium, à quo abſolvatur modo ſup[ra]
dicto, & expectare ſequentem, vel al[iam]
diem, in qua adeat Prælatum pro reſer[va-]
tis, ita poteſt expectare eam diem, in [qua]
prævidet Prælatum abfuturum ad ho[c]
pro ijſdem reſervatis redeat ad ſ[uum]
Confeſſarium ordinarium, ſeu Vicar[ium]
Monaſterij, ad quem ſcit devolve[ndam]
Prælati poteſtatem; & ſimiliter, [ſi]
nihil ſciat de futura Prælati abſenti[a, po-]
teſt Vicarius ſeu Confeſſarius ordin[arius]
illum differre pro reſervatis, ad te[mpus]
futuræ abſentiæ, & interim à non re[ſer-]
vatis abſolvere ita Mancini citatus.

Verùm, ut quod ego ſentio fatea[r]
non vellem abſolvi, neq; abſolve[re]
modo. Neq; Navarr. Tolet. Graph. ...
& alij quos Mancini citat pro hac op[inio-]
ne eam profitentur. Quin & abſolute
illicitum affirmat Bonac. *ſupra cit.*

Sed quia Mancini ſuam opini[onem]
deducit ex doctrina in initio tra[ctatus]
de validitate Confeſſionis diviſæ, ...
Authores à quibus adſtruitur ...
probabilem, ideo & hæc ſimiliter
probabilis ſalvo tamen meliori ju[dicio].

## D V B. XIV.

*An Abbates habentes proprium Terr[itorium]*
*Et in eo juriſdictionem quaſi Epiſc[opalem]*
*poſſint approbare ad Confeſſi[ones]*
*audiendas?*

Ad cap. 5 §. 1. ſect. 3.

### S U M M A R I U M

1 *Abbates habentes territorium leg[itimum approba-]*
*bant Confeſſarios.*

2 *Poteſtas approbandi Confeſſarios ſpecta[t ad juriſ-]*
*dictionem.*

*Quando agitur de juriſdictione ...*
*Epiſcopi intelligitur non ſolum ...*
*bet caracterem Epiſcopalem, ſed ...*
*juriſdictionem ibid.*

Ra[...]

RAtio dubitandi eſt, quia Tridentin. committit hoc munus Epiſcopis. Sed hoc non obſtante, pars *affirmativa* tenenda eſt, quia Trident. non reſpexit ad characterem Epiſcopalem, ſed ad jurisdictionem, ad quam refertur poteſtas approbandi, quando autem agitur de juriſdictione, nomine Epiſcopi venit non tantum ille qui Epiſcopalem caracterem portat, ſed etiam ille qui juriſdictione Epiſcopali gaudet qua quia gaudent Abbates, de quibus movetur dubium, ideo jus approbandi ad Confeſſiones audiendas illis competit. ita Suar. *tum. 4. d.* [illegible] *ſect. 5.* Sanch. *lib. 3. de matr. d. 29.* Reginald. *in pra. lib. 1. num.* 180. & paſſim [illegible]

## D U B. XV.

*An Graduatus in Theologia, vel ſacris Canonibus, ſeu harum Facultatum Profeſſor indigeat approbatione pro audiendis Confeſſionibus.*

Ad §. 1. cit.

1 *Decretum Trid. de audiendis Confeſſionibus.*
2 *Tres modi approbandi Confeſſarium.*
*Lector Theol. vel Canonum eſt ex ſe approbatus ibid.*
3 *Contrarium verius 5.*
4 *Explicatio decreti Tridentini.*
5 *Utraque opinio conciliatur.*
6 *Confeſſarius regularis accipit ab Epiſcopo ſolam approbationem, ſed à Papa per privilegia juriſdictionem. Sæcularis verò utramque ab Epiſcopo. 7 & 9.*
8 *Quid ſit approbatio.*
10 *Nec confunditur cum juriſdictione.*
11 *Lectores qui dicuntur approbati per ſe ad Confeſſiones ſunt illi ſoli qui legunt in ſeminariis formatis.*

HUIC dubio occaſionem dedit Tridentin. *ſeſſ. 23. cap. 15.* ubi ſic loquitur: *Decernit Sancta Synodus, nullum (etiam Regularem) poſſe audire Confeſſiones (etiam Sacerdotum ſæcularium) nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen (ſi illis videbitur eſſe neceſſarium) aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.* In quibus verbis videntur deſignari tres modi, per quos aliquis poteſt acquirere 2
poteſtatem audiendi Confeſſiones.

Nempe *primò.* Si habeat beneficium parochiale, aut *ſecundò.* ſi ſit approbatus ab Epiſcopis, aut *tertiò* ſi aliàs idoneus judicetur. Aliàs autem idoneus nemo potiori jure debet cenſeri, quàm ille de quo loquitur titulus dubii. ita Lam. *meth. p. 1. capit. 12. §. 25.* Guttier. Henriq. Cordub. & alii apud Mirand. *in man. tom. 1. quæſt. 25. ar. 9.* Et ita Pius V. declaravit in B. *Et ſi Mendicantium.*

Contrarium tamen tenent Mirand. *loco* 3
*citat.* Et apud ipſum Suar. quos ſequitur Quarant. *in bullar. v. Confeſſor.* ubi ita declaratum à Sacr. Cardin. Congregat. teſtatur. Quia verò tota difficultas pendet ab intellectu Tridentini, & illius clauſulæ: *Aut aliàs idoneus judicetur.*

*Reſpond.* non oſtendi *ibi* tertium mo- 4
dum quo acquiratur poteſtas audiendi Confeſſiones, ſed ſolum inſinuari Epiſcopis non eſſe examinandos illos, quos volunt approbare, quando aliàs, ſeu aliunde jam conſtat de illorum idoneitate ad hoc munus; ut hic ſit ſenſus Concilii, neminem poſſe audire Confeſſiones, niſi vel habeat beneficium parochiale, vel ſit approbatus? prævio quidem examine, ſi non conſtat de illius idoneitate, aut ſine examine, quando aliàs conſtat, ſeu aliunde ut ſi publicè legat, vel ſit graduatus; ut Concilium illum fortè liberet à ſubeundo examine (ſaltem ex decentia) ſed non à ſe præſentando; Quod verò attinet

tintet ad declarationem Pii. V. ille ipſe eam revocavit per Bullam poſteriorem, quæ incipit: *Romani Pontificis.* Ac rurſus Greg. XIII ejus Succeſſor per aliam quæ
5 incipit: *Intanta.* ſecundùm eos à quibus recipitur, de quo in ſuperioribus. Et *hæc* opinio videtur mihi ſecurior, & quaſi ſola certa.

6 Quia tamen *prior* habet ſuos Authores. Ego vtramque conciliando, diſtinguo inter Confeſſarios, & priorem de Confeſſario regulari intelligo: poſteriorem verò de Sæculari. Nam quia approbatio non eſt aliud, quàm judicium intellectus declarantis aliquem eſſe aptum ad id, ad quod approbatur, rectè Confeſſarius regularis dicitur ſatis approbatus,
7 hoc eſt ſatis declaratus idoneus, audiendis Confeſſionibus, hoc ipſo quòd gradum accipit Doctoratus, aut munus docendi: quantùm verò ad juriſdictionem
8 neceſſariam ad abſolvendum accipit illam à Papa per privilegia; unde quia cathedra vel biretum ſufficienter illum approbat, ſeu idoneum declarat, liber eſt à ſe præſentando Epiſcopo.

9 At ſecus eſt de Confeſſario ſæculari, quia accipit ab Epiſcopo non ſolùm approbationem, ſed etiam juriſdictionem: atque ideo licèt ſit Doctor, vel Lector, & conſequenter non indigeat approbatione, debet tamen ſe præſentare Epiſ-
10 copo, ut juriſdictionem (quâ caret) accipiat. Origo igitur difficultatis in hac materia inde provenit, quòd approbatio ſumitur in diverſo ſenſu, nempe aut pro ſimplici & nuda declaratione capacitatis, aut pro collatione juriſdictionis: Authores autem *ſecundæ* opinionis vtrumque confundendo pro utroque ſimul etiam accipiunt. At Authores *primæ* diſtinguendo pro primo tantùm, quando agitur de Regularibus.

Cui tamen placet prædicta prima o[pi]nio, debet (meo quidem judicio) di[stin]guere inter ejuſmodi Profeſſores. N[a]ſi (ut non raró contingit) unum aut [al]terum quis doceat, intra privatos [pa]obſcuri alicuius Monaſterii hûc cen[tes]dico Profeſſorem, ad hoc ut ſecun[dùm] dictam opinionem cenſeatur virtute [e]lectionis approbatus, ſed tales [non] cenſeri debent, (etiam admiſſa diſti[nc]nione) qui doceant in Seminarii[s] Collegijs formatis, & à Capitulo [in]tutis.

## D U B. XVI.

*An Regularis approbatus in una Di[œceſi] ſeatur approbatus quoad omnes*

Ad §. I. cit.

SUMMARIUM.

1 *Approbatus Romæ non debet ampliùs ex[aminari]*
2 *Confeſſarius debet approbari in ſingulis [Diœceſi]bus 17.*
3 *Contrarium tamen tenent alij.*
17 *Et vtraque opinio eſt communis.*
4 *Confeſſarius regul. non accipit jur[iſd.] ab Epiſcopo.*
5 *Quare tamen debet ei præſentari* &c.
7 *Confeſſarius regul. abſolvit indep[endenter] Epiſcopo in caſibus Papæ.*
8 *Confeſſar. ſemel præſentatus, non ten[etur] ſe præſentare, etiamſi tranſeat [in aliam] Diœceſim.*
9 *Decreta Trid. debent intelligi ſecund[um] margine citata.*
10 *Quando iubetur in jure aliquid fieri, [...] ſemel.*
11 *Legislator edens decretum obſcurum [...] libertatem illius explicandi* & 12.
13 *Non refert, à quo Epiſcopo approbetur [Confeſſa]rius, ſuo, vel pænitentis.*

14 D[...]

*Iuriſdictio, Approbatio & Præſentatio in Confeſſarijs malè confunditur.*

*Olim ſufficiebat Regularibus Confeſſar. juriſdictio, poſteà per modum conditionis appoſita eſt Præſentatio à Concilio Vien. Et approbatio à Trid. ibid.*

*Explicatio decreti Tridentini. Conſt. Vrbani VIII. & Innocent X. ibid.*

1 SUpponendum eſt, quòd ex Conceſſione Sixti V. Patres Congreg Oratorij approbati Romæ, non debent amplius extra urbem examinari ab Epiſcopis, ſed ſufficit, ſi illis exhibeant ſuas licentias Romæ habitas, ut refert Quar. in Bull. v. *Confeſſor.* Et Tambur. *to. 2. de jur. abb. d. 6. quæſt. 14.* Quod lege Communicationis commune eſt aliis Ordinibus. At de his, qui alibi approbantur, proceditur quæſtio; an ſcilicet ſufficiat unica approbatio, vel in ſingulis Diœceſibus nova requiratur.

Ad quod *affirmativè* reſpondent Tambur. *ſupra cit.* Gaſp Hurt. *d. 10. de pænit diff.* [17]. Vaſch. Occhagau. & alij, quos ſequitur Diana *to. 11. tract. 2. reſ. 11.* ubi refert Urban. VIII. ita declarâſſe Anno 1628. Et Innocent. X. Anno 1648. Et ratio fundamentalis eſt, quia Trid. dicit Confeſſarium eſſe approbandum ab Epiſcopis: unde prædicti Authores inferunt nō unam, ſed plures approbationes eſſe neceſſarias.

3 *Contrarium* tamen & unicam pro toto mundo ſufficere tenent Henriq. *lib. 7. cap. 12.* Coninch. *d. 8. de pænit. dub. 7.* Lam. *in meth. p. 1. cap. 6. §. 5.* Rodriq. *in Bull. Cruciat. §. 9. n. 5.* Cellot. *de Regul. in Hierar. [juriſd.] lib. 5. Capit. 26.* & plurimi alij quos [citat] & ſequitur Villalob. *to. 1. tract. 9. diff. 56. n. 3.* Probatur, quia ſi requirerentur in Confeſſario regulari plures approbationes, & à diverſis Epiſcopis, hoc eſſet ad accipiendam juriſdictionem in ſingulis Diœceſibus, ſed eam non accipiunt ab Epiſcopis, quando ab illis approbantur, ergo non eſt eis neceſſaria multiplex approbatio, ſed unica ſufficit. Quòd autem non accipiant juriſdictionem ab Epiſcopis, probatur. *per extrav. ſuper Cathedram. & Clem. dudū de Sepult.* Ubi Bonifac. VIII & Clem. V. de hac materia tractantes ſtatuunt, ut quos ex ſuis fratribus voluerint Prælati Regularium mancipare audiendis Confeſſionibus, *faciant præſentari Prælatis, ut de eorum licentia, gratia & beneplacito.* Huic muneri vacent: longè autē aliud eſt petere licentiā vel gratiā ad aliquid faciendū, & juriſdictionem ad illud exequendum. Quod valde clarè expreſſit Bened. XI. qui inter prædictum Bonifac. & Clem. ſedit. *in extrav. inter cunctas de privil.* ubi declarando extrav. *ſuper Cathedram.* Quam Clem. V. innovavit in ſua conſtitutione: *Dudum.* Ait Regulares eſſe 5 præſentandos, *ut* (inquit) *debitus honor reſervetur Diœceſanis.* Non ergo ut ab illis 6 accipiant juriſdictionē. *Facit primò.* Quia approbatio, præſentatio & juriſdictio diſtinguuntur à ſe invicem: cùm autem ſcirent prædicti Pontifices, & Patres Concilij tam Vien. quàm Trid. Regulares ubique audire Confeſſiones, & ſtatuerint, ut Epiſcopis præſententur, vel ab eiſdem approbentur: de juriſdictione verò nihil dixerint, ſignum eſt eos noluiſſe, ut quātùm ad eā dependeant ab Epiſcopis, ſed illis tantam reliquiſſe, quantam per privilegia habent à Sede Apoſt. à qua totam accipiunt. *Facit ſecundò,* quia Regulares 7 abſolvunt independenter ab Epiſcopis, à caſibus reſervatis Papæ. Ergo ſicut nō accipiunt ab Epiſcopis juriſdictionem circa hos caſus, & ut ab eis abſolvant, ſic neque ut ab alijs, quia non eſt niſi una juriſdictio & poteſtas abſolvendi in Ecleſia.

Nn Proba-

8 Probatur *ſecundò*, Concluſio ex privilegio Clem. VII. pro Minorib. de quo Caſar. *v. abſol. quoad Sæcul. 1. num. 16.* Et Navar. *in man. cap. 27. num. 266.* Quod ſemel præſentati uni Epiſcopo non teneantur ampliùs præſentari, etiamſi ad aliam Diœceſim tranſierint. Et licèt Caſar. dubitet, an privilegium debeat intelligi de eadem Diœceſi, an verò de omnibus ſecundùm quod procedit concluſio, Cordub tamen *in annot. ad idem v.* Et rurſus *v. præſent. Confeſſ.* ait intelligendum de toto mundo, ut Regularis ſemel in una Diœceſi præſentatus non teneatur (inquit) ampliùs ſe præſentare. *Neque in eadem Diœceſi, neque in quacunque alia, ad quam ſe tranſtulerit ad morandum, vel ad tempus, vel in perpetuum, ſed jam cenſetur ſemper & ubique præſentatus.* Et ratio eſt inquit, *Quia intentio impetrantis privilegium talis fuit, ut ipſemet impetrator dixit, intentio autem Papæ concedentis privilegium conformatur intentioni impetrantis, niſi aliunde ſit dolus.* Nec refert, quòd hoc privilegium ſit conceſſum ante Tridentinum, nam fuit conceſſum per modum declarationis ſeu reſtrictionis *Clementinæ dudum*, quæ nõ corrigitur per Trident. imò ſecundùm quã
9 ipſum Trid. venit regulandum. Quia ibi ad marginem decreti citatur. Eſt autem Regula generalis, ut decreta Tridentini intelligantur conformiter ad Canões, ad eorum Marginẽ additos ut dicit Auguſt. Hunnæus, *in approb. earundem annot.* quæ habetur in initio ipſius Trident. Unde cùm per dictum privilegium ſufficeret ante Trid. unica præſentatio nunc poſt
10 ipſum ſufficit unica approbatio. *Facit* ad hoc *primò*, quòd quando jubetur aliquid fieri, & non exprimitur quoties, ſufficit ſi ſemel fiat, & per illam vicem ſatisfit legi. Unde quia Trid. ſimpliciter jubet, ut Regularis approbetur, & ni... ampliùs dicit, ſufficit ſi ſemel. Et hoc m... ximè attento quòd cùm Patres Conc... fuerint omnes Epiſcopi, qui ad derog... dum Regularibus, in ſuum favorem... decretum ediderunt, & qui potuiſ... clariùs loqui, videtur licitum verba... bia contra ipſos interpretari. Qui... hoc quod non ſunt locuti clariùs in... liguntur reliquiſſe aliis libertatem ... pretrandi, hoc quod ſub dubio dec... runt, ut in ſimili dicit Navar. *ubi de* ... *tione.* *Facit ſecundò* doctrina Ledeſ... *ſum. cap. 13. lib. 1. concl. 1. dub. 7.* Tru... *Bull. Cruciat. lib. 1. § 7. cap. 1. d. b. 2.* ... liorum quos *ibi* citat, dicentiũ non ... eſſe, ut Confeſſarius approbetur à ... vel pænitentis Ordinario, ſed ſuffi... ut à quocunque alio. Nam ſi hæc do... na (quam reddunt probabilem ſui ... thores) admittatur, certè evidenter ... ea ſequitur unicam pro toto mundo ... probationem ſufficere.

Ratio verò *fundamentalis* hujus opi... nis ſumitur ex hoc, quod ejus Auth... diſtinguunt jurisdictionem à præſ... tione & approbatione, ut dixi *d. b.* ... Authores autem prioris opinion... confundunt. Nam poſito, quòd d... guantur, & quod approbatio non ... liud quàm declaratio idoneitatis pe... næ, quæ approbatur; ideò unica ap... batio ad Confeſſiones ſufficit, quia ... cit ſemel declarari idoneum, cùm ... declaratio nihil ponat in eſſe, ſed id ... exiſtit, oſtendat. Jurisdictionem v... quæ de eſſentia Sacramenti requir... accipiunt Regulares à Papa per pri... gia. Quæ jurisdictio, cùm olim ſuff... ret, addidit Bonifac. VIII. & poſt ip... Concil. Vienenſe præſentationem, ... Trid. approbationem tanquam co... tionem ſine qua non.

Atque

Atque hinc explicando Trident. quod dicit Confeſſarium eſſe approbandum ab Epiſcopis.

*Reſpond.* non deſignari ibi pluralitatem approbationum, ſed Miniſtrum approbationis, ut quicunque ſit approbatus ab aliquo Epiſcopo cujuscunque Diœceſis ſufficiat. Sicut ſi dicerem, Sacerdotes ordinantur ab Epiſcopis, non eſſet ſenſus, quod pluries debeat aliquis ordinari, ſi contingat mutare Diœceſim, ſed quod quiſquis cupit ordinari, debet ordinari ab aliquo Epiſcopo, & Epiſcopum eſſe Miniſtrum ordinationis. Ad conſtitutiones verò Urban. VIII. & Innocent. X.

*Reſpond.* eas non fuiſſe promulgatas authenticè extra Italiam, neque etiam ſufficienter derogare privilegijs Regularium.

Utraque opinio eſt probabilis. Imò communis contra ſe invicem, ut monet Macchad. *in perſ. Confeſſ. lib.* 1. *p.* 1. *tract.* 5. *docum.* 3. quamvis ut verum fatear ſecurior mihi prima appareat, ſecunda verò à pluribus ſecuta.

## DUB XVII.

*An Regularis approbatus ſine licentia ſui Prælati abſolvat validè?*

Ad Cap. 5. ſect. 3. §. 2.

SUMMARIUM.

1 *Regul. approbatus ſine licentia ſui Superioris non abſolvit validè, contrarium tamen tenet Author.*

2 *Regularis non habet velle aut nolle.*

*Hic quomodo intelligendum.*

3 *Regular. Confeſſarius debet præſentari Epiſcopo à ſuo Superiore.*

*Non tamen abſolutè neceſſarium, ut ab illo.*

4 *Epiſcopus approbat Regularem independenter à ſuo Superiore.*

5 *Regular. qui ſe fecit approbare inſcio ſuo Superiore, poteſt ab eo puniri.*

PAlud. *in* 4. *d.* 17. *q.* 3. S. Antonin. *in ſum.* 3. *p. tit.* 17. *cap.* 7. Portel. *v. Confeſſ. approb. in addit. num.* 1. Cruz. *in epit. privil. lib.* 2. *cap.* 6. & Lam. *in meth. p.* 1. *cap.* 7. §. 4. *Negativè* reſpondent, & eum 1
nec à Venialibus poſſe abſolvere. *Ratio* 2
eorum *eſt. Tum* quia Monachus non habet velle aut nolle. *cap. nullus.* & *c. quoquorundam de elect. in* 6. *Tum* quia *in Clem.* 3
*dudum. de ſepul.* dicitur, Religioſos eſſe præſentandos Epiſcopis à ſuis Superioribus.

Sed hæc doctrina meritò reijcitur à 4
Navar. *in man. cap.* 4. *num.* 2. quia actus, per quem Epiſcopus approbat Religioſum, non habet connexionem neceſſariam cum voluntate ejus Superioris atque ideo poteſt poni in eſſe independenter ab illa. Ad primam autem rationẽ
prioris opinionis. *Reſpond.* non eſſe uni- 5
verſaliter verum quòd Monachus non habeat velle aut nolle, ſed tantùm id verificari quoad ea, ad quæ redditur à jure inhabilis, & incapax volendi verbi gratia circa contractus, ultimas voluntates, & alia ejuſmodi, inter quæ non computatur approbatio, & ſic qui curavit ſe approbari ſine licentia ſui Superioris, validè eſt approbatus, & validè abſolvit, licèt pro ratione præſumptionis poſſit puniri. *Ad ſecundum Reſpond.* eſſe quidem neceſſarium ad Confeſſiones audiendas, ut Confeſſarius præſentetur Epiſcopo, non tamen, ut à ſuo Superiore, cùm etiam Epiſcopus poſſit illum nec ſe præſentantem approbare.

## DUB. XVIII.

### *An Regularis prohibitus à ſuo Superiore audire Confeſsiones abſolvat validè?*

Ad §. 2. cit.

### SUMMARIUM.

1 *Prælati Regularium poſſunt eos ſuſpendere à Confeſſionibus & 3. & 4.*

2 *Author dubitat ſuper hoc, & fundamentum dubij.*

5 *Regularis circa Confeſſiones audiendas non poteſt plùs pendere à ſuo Superiore, quàm Sacerdos laicus à ſuo Epiſcopo. 5.*

6 *Regularis ſuſpenſus à ſuo Superiore à Confeſſionibus, ſi eis ſe miſcet poteſt puniri pro inobedientia ibidem, & invalidè abſolvit alios Regulares, validè tamen Laicos 6.*

1 POſſe Prælatos Regularium eos ſuſpendere à Confeſſionibus certum eſt, tum de *jure*, tum ex *privilegio*: de *jure* quidem, quia ſunt eorum Ordinarij: ex *privilegio* verò, quia ut teſtatur Cæleſtin. Sueſſ. *in theol. mor. tract. 8. cap. 9.* Et Rod. *infra citand.* ita Jul. II. pro *Dominicanis* ſancivit revocando omnes facultates eligendi Confeſſarium vel Confeſſiones audiendi, quas Generalis Ordinis judicaverit revocandas, & ipſe revocaverit. Circa quod veniunt applicanda ea, quæ dixi ubi *de pot. Reg. ad Confeſſ. aud. not ab. 5. & ſeq.* Licèt ego quoad ea ſuſpenſus hæreã.
2 His poſitis prima opinio fuit Sylv. *v. Con-*
3 *feſſor. 2. §. 2.* Henriq. *lib. 3. de pænit. cap. 6. n. 6.* Medin. *tract. 2. de Confeſſ.* & Navar. *in man cap. 4. num. 2. & ſeq.* Religioſum
4 invalidè abſolvere, poſtquàm fuit expreſsè prohibitus audire Confeſsiones. Quod Roder. *tom. 1. qq. Reg. 60. art. 2.* Tambur. *tom. 2. de jur. Abb. d. 6. quæſt. 5.* Lopez Mirand. Peyrin. & alij admittunt, ſi prohibitus fuit judicialiter, & per ſententiam ſecus ſi extrajudicialiter. Qui-bus ego ſubſcribo, licèt non plena- ream dubio, nam quantùm ad munus au- diendi Confeſsiones non poteſt Reli- ſus dependere à ſuo Superiore quàm Sacerdos ſæcularis à ſuo Epiſc- atqui Sacerdos ſuſpenſus à Confeſſi- bus à ſuo Epiſcopo, non poteſt qui- eas audire intra ejus Diœceſim, ſed gat ad aliam, in qua approbetur ab Ordinario, & licitè & validè ibi au- & abſolvet. Ita ſimiliter, ſi Religi- (etiam per ſententiam) ſuſpenda- ſuo Superiore à Confeſſionibus, poterit quidem audire alios Relig- intra ſuum Monaſterium, ſed qui- probatio, quam habet ab Epiſcopo dependet à ſuo Superiore, ideo v- illius validè abſolvet perſonas ſæcu- tanquam exiſtens extra territori- Diœceſim ſui Superioris regularis, pro ratione inobedientiæ erit pu- dus. Nec obſtat, quòd dixerim in- rioribus, Regulares non acciperet- piſcopo approbante jurisdictione- ceſſariam ad abſolvendum; quia impedit quominùs illam accipian- tunc abſolvent pro latitudine conc- nis Epiſcopi. Imò cùm (ut dixi ſuo l- non poſſint Prælati Regularium e- lere uſum privilegiorum, & per pri- gia accipiant jurisdictionem ad ab- vendum, nec etiam poſſunt in hoc diri à ſuis Superioribus, niſi obeſſe Clauſula, ſub qua ſolent Sum. Pont- dare privilegia ad abſolvendum, ſi ſint expoſiti ad hoc munus à ſuis Su- rioribus. Unde ad hoc, ut quis à ſuo Su- periore ſuſpenſus abſolvat validè, de- abſolvere non tanquam expoſitus ab ſed ab Epiſcopo.

## DUB. XIX.

*An Regulares poſſint abſolvere à duello?*

Ad §. 2. cit.

### SUMMARIUM.

*Duellum à quibus ortum.*
*Habet formam judicij.*
*Non ita malum quin poſſit concedi.*
*Et in quibus caſibus.*
*Duellum fuit olim à quibusdam Principibus permiſſum.*
*Et ſuper eius permiſſione fuêre aliquæ leges editæ.*
*Duellum prohibetur utroque jure, ac ſubſecutis Pontificum ac Principum conſtitutionibus & ſequentia.*
4 *Duellum eſt reſervatum in Italia, extra non. Imò nec in Italia, ubi conſtitutiones illud reſervantes non ſunt receptæ & ſeq.*
*Prohibitio duelli & pænæ latæ contra illud intelliguntur quovis modo ſit initum 17. & 18.*

1 Duellum habere originem à Longobardis (*) ait Conrad. Lancel. *in novis com. iud lib. 1. cap. 1. p de duel. concl. 1.*
2 Et ut ſuadere conatur Pariſ. de Put. *lib. 1. de duel.* habet quaſi formam proceſſus judicialis. Idq; criminalis ſecundùm Joan. Selign. *in tract. de duel. §. circa 7.* Unde ſe-
3 cundùm eoſdem non eſt ita intrinſecè malum, quin poſſit concedi aut ſaltem excuſari in quibuſdam caſibus. Pro quo facit, quòd anno 1317. Philip. IV. Rex Franciæ, ſua ordinatione directa ad Seneſchalcum Tholoſan. declaravit non poſſe iniri duellum niſi authoritate Re-
5 gni Parlamenti: Et quòd Anno 1542. Carol. V. pro Statu Mediolanenſi ſimiliter prohibuit duellum ſub gravisſimis pœnis, niſi initum foret obtentâ licentiâ à Principe, vel ejus locum tenente. Nam ſi fas eſt dare ad illud licentiam, non eſt intrinſecè malum, ſed poteſt occurrere caſus, in quo erit licitum. Sicut de facto Lyran. *in 1. Reg. cap. 17.* Guagin. l. 9. hiſt. Franc. in geſtis Caroli 6. & Guilel. Bened. *in cap. Raynutius. de teſta. v. mortuo itaq. ſect. 1. num. 29.* Carol. Magnum & 6. Itẽ & S. Ludovicum Reges Franciæ, ut & Senatũ Pariſienſem illud aliquando conceſſis ſe referunt, Caſus autem in quibus dicitur licitum poſſunt videri apud Lyran. *citat.* Bald. *in conſtit. Frider. Imper. de pace tenen. cap. 1.* Guid. Pap. *quæſt. 517.* Comitol. *lib. 6. Reſp. mor. quæſt. 16.* Sanch. *in ſum. lib. 2. cap. 30. & ſeq.* & Filliuc. *to. 2. tract. 29. cap. 4.* quos referre ſuperſedeo, quia ex his nonnulli reprobantur ab Eccleſia, alij autem qui videntur tolerari, vel excuſari, exigunt tot circũſtantias, ut quamvis *ſpeculativè* videatur, duellum in illis eſſe licitum, *practicè* tamen potiùs ſemper illicitum judicari debet.

Prohibetur autem duellum, *tum* jure 8
civili *l unic. C. de gladiat. lib. 11.* *Tum* Canonico, *in tit. de purg. vulg & can. 12. concil. 3. Valentini*, *tum* recentioribus Romanorum Pontif. & Principum temporaliũ conſtitutionibus. Omiſſis autem his quæ ſunt Principum temporalium fuit prohibitum *primò* à Jul. II. ſua conſtit. quæ incipit: *Regis pacifici.* Tum *ſecundò* à Leone X. 9
ſua, quæ incipit: *Quàm Deo & hominibus.* Hinc à Clem. VII. ſua, quæ incipit: *Conſuevit Romanus Pontifex.* Per quam confirmatis alijs ſuorum Prædeceſſorum anathema dixit omnibus pugnantibus in duello in terris Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubjectis, aut ad hoc locũ concedentibus. Deinde Pius IV. ſua conſtitutione quæ incipit: *Ea quæ à Prædeceſſorib* Univerſaliter excomunicavit *primò* ipſos pugnãtes, *ſecundò* locũ ad pugnam concedentes.

(*) Occaſionem vide apud Baron. to. 8. An. 658. nu. 4.

Ac

Ac *tertiò* excepto Imperatore & Regibus, omnes quomodocunq; cooperantes litteras diffidatorias portantes, aſſiſtentes ſpectantes *&c.* Sed tamen oportet ut actu fuerit pugnatum ad incurrendam cenſuram huius conſtit. ut inter alios notat Filliuc. *tract. 29. cit. c. 8. num.* 171.

11 Poſthàc Concil. Trident. iterum in duellantes animadvertens excommunicavit omnes Principes, & Dominos temporales locum ad pugnam concedentes ipſos, qui pugnant, ſpectatores patrinos, aut quovis modo cooperantes, ſed excommunicatio non eſt reſervata, & hoc decretum non procedit, niſi de duello, ut vocant ſolemni.

12 Inde Gregor. XIII. extendendo decretum Trident. ad duella privata (puta quæ fiunt ex condicto, electo loco & tempore, quamvis ſine litteris diffidatoriis patrinis, aut ſecuritate loci) ſua conſtitut. quæ incipit: *Ad tollendam* ejuſdem Trid. pænas extendit ad eos, qui in ejuſmodi privatis duellis pugnant; ſed ſub hac differentiâ, ut partes non incurrant dictas pænas, ſi actu non pugnauerint, & ſiquidem ideò non pugnaverint, quia voluntariè & ſeipſis à campo diſceſſerũt, neq; etiam in pænas incurrunt illi qui cooperantur ipſis, ſed ſuper ipſos non ſtetit quominus pugnatum ſit *verbi gratia* quia fuerunt per vim abducti à loco, quamvis ipſi pænas non incurrant, incurrunt tamen illi qui cooperabanrur, ſed cenſura non eſt reſervata Sayr. *in theſ. lib. 3. c. 31.* Comitol. *lib. 6. cit. quæſt. 13.* Molin. *to. 4. d. iuſt. tract. 3. d. 16.* Sanch. *in ſum. to. 5. d. 31. ſect. 4. cap. 39.* & Filliuc. *loco ſupracit. nu. 170.*

13 Iterum autem Clem. VIII. confirmatis conſtitutionibus ſuorum prædeceſſorum ſua, quæ incipit: *Illius vices.* Anathema dixit omnibus quovis modo d[...] lantibus, etiam ſi conuenerint de ce[...] do ad primum ſanguinem. Omni[...] item quovis modo cooperantibus [...] dominis temporalibus, campum co[...] dentibus, vel quantùm poſſunt non [...] pedientibus, aut poſt delictum ve[...] concedentibus, cenſuramq; voluit [...] reſervatam. Atq; hæc circa conſtit[...] nes pontificias contra duellum.

Iam autem ut dubio propoſito [...] faciam, S. Cardin. Congreg. [...] verbo cum Sanctitate Clement. VII[...] Pauli V. ejus Succeſſoris. Declarav[...] gulares habentes poteſtatem abſol[...] à caſibus Pontificijs, poſſe extra Ital[...] ab his omnibus abſoluere, præter [...] qui continentur in Bulla Cœnæ Do[...] Intra Italiam verò, præter hoc co[...] Bullæ, & alios quinque quorum un[...] duellum ſi peccatum fuit contra d[...] tum Trident. vel Greg. XIII. pro [...] vide dicta ſect. præced. ubi de poteſt[...] ad abſol. *v. nota ſecundo & ſeq.* Ubi [...] per *adverto*, quòd, ut bene mone[...] Sanch. *in ſelect. d. 36.* Non ſunt re[...] illæ conſtitutiones in multis locis, [...] bus conſequenter duellum non e[...] ſervatum.

Addit Lyran. *ſupracit.* omnia jur[...] duellum prohibent, loqui de illo, [...] initur per modum purgationis vul[...] Qui licèt ſcripſerit ante Trident. & [...] dictos omnes Pontifices. Sanche[...] men. *In ſum. lib. 2. cap. 30.* advert[...] omnes in ſuis conſtitutionibus lo[...] duello, & illud interdicere ſub e[...] nomine, ſub quo in jure reprobatu[...] ta *monomachiæ*. Quod eſt cauſa ut [...] card. *in proem. de probat. quæſt. 4.* & S[...] *excom. num. 14* putauerint, intel[...] das eſſe omnes ſupramemoratas co[...] tutiones, conformiter ad explica[...]

Lyr-

Lyrani, ut per eas cenſeatur prohibitum duellum, ſolummodo, quando ſuſcipitur per modum purgationis vulgaris, ea ob pænas admodum duras quas ipſæ dictæ conſtitutiones ferunt, debent reſtringi, ſed hæc doctrina mihi non probatur, & ex ipſo contextu earundem conſtitut ſatis apparet, Summos Pontifices loqui de duello quovis modo, aut indefinito, nec facit quod de gravitate pænarum dicitur, quia neceſſe fuit tales ...ri, ut à tam Diabolico crimine homines avertantur. Et ita praxis explicat.

## D U B. XX.

### *Quando intelligenda Caſuum Reſervatio?*

Ad §. 2. cit.

### SUMMARIUM.

*...um reſervatio poteſt intelligi duobus modis & 2.*

*...dicam reſervatione ligantur manus Confeſſarii.*

*...ens caſum reſervatum in ſua Diæceſi poteſt abſolvi in alia, in qua non eſt reſervatus.*

*Econtra.*

*Confeſſus Superiori caſum reſervatum liber eſt à reſervatione, etiam ſi fortè invalida fuerit abſolutio.*

*Et ſimiliter ſi oblitus eſt aliquem alium item reſervatum.*

*...quare Regulares abſolvunt à caſibus Epiſcoporum*

*Regulares non poſſunt abſolvere à cenſuris, quas Epiſcopi ſibi reſervant.*

*...ſi ſunt occultæ.*

1 Suppoſita in Prælatis Eccleſiaſticis poteſtate reſervandi caſus de qua in *Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. & can. 11.* Duobus modis poteſt intelligi aliquem caſum reſervari, *nempe ſic*, ut relicta Confeſſariis abſolvendi poteſtate libera dicatur reſervatus pænitenti, qui nequeat ab illo abſolvi & fiat quaſi incapax, ſeu inhabilis abſolutionis recipiendæ ab alio, quàm à ſuo Superiore eo modo, quo de quibuſdam contractibus loquimur, certas perſonas legibus reddi incapaces, & inhabiles ad eos celebrandos. *Vel ſic* ut relicto pænitente, & eo non attento reſervatio dicatur facta ipſis Confeſſarijs, qui intelligantur prohibiti à tali caſu abſolvere, eo quòd quantùm ad ipſum, manus eis ligentur à Superiore, & poteſtas abſolvendi tollatur. 2

Igitur, quia ex ſignificatione ipſa verborum cenſetur Superior in reſervatione caſuū ſibi aliquid proprium facere, quod non vult eſſe commune aliis, & hoc quod ſibi reſervat, ſeu proprium facit, non poteſt reſpicere pænitentem, qui in receptione abſolutionis ſe habet merè paſſivè, relinquitur, ut reſpiciat Confeſſarios, qui intelliguntur prohibiti abſolvere à talibus caſibus. Et *probatur primò* quia capacitas ſeu habilitas paſſiva recipiendi abſolutionem ab aliquo caſu, pendet ab ipſa diſpoſitione pænitentis, & ejus actibus interioribus, quorum eliciendorum non poteſt reddi incapax, ergo relinquitur, ut reſervatio caſuum, reſpiciat Confeſſarios, non verò pænitentes. Quod *probatur ſecundò*, quia ſi pænitens habens caſum reſervatum in ſua Diæceſi, & à quo non poteſt ibi abſolvi niſi ab Epiſcopo tranſeat ad aliam Diæceſim, in qua ille caſus non ſit reſervatus, poterit ibi abſolvi à quolibet ſimplici Confeſſario qui ſit approbatus, & econtra non poterit in aliena Diæceſi abſolvi à peccato, non reſervato in ſua, ſi eſt reſervatum in iſta, ut docent Suar. *to. 4. de pænit. d. 30. ſect. 1.* Navar. *in man. c. 27. num. 261.* Et plures alii quos citat & ſequitur Mancin. *in pract. 4. viſit. inſtr. d. 11.* 3 4

Ergo

Ergo ſignum eſt Prælatos Eccleſiaſticos in reſervatione caſuum, aliud nihil intendere, quàm ligare manus Confeſſarijs inferioribus, non verò reddere pænitentes incapaces recipiendæ abſolut.

6 *Facit* ad hòc doctrina, quam Coninch. communem dicit: *d. 8. de Sacram. dub. 12. num. 91.* Eum qui confitetur caſum reſervatum Superiori, manere liberum à reſervatione etiamſi fortè abſolutio recepta ſit nulla, ob ſuam malam diſpoſitionem, & iam poſſe abſolvi à ſimplici Sacerdote approbato, quando fuerit meliùs diſpoſitus. Et ita etiam tenet Caiet. *v. caſus.* Suar. *d. 31. ſect. 4.* Henriq. *lib. 6. cap. 16.* Sylv. *v. confeſſio. 1. q. 19. num. 21.* & quem ibi citat Palud.

7 *Item* qui confitetur, ſeu Prælato, ſeu habenti caſus reſervatos, ſi aliquem inculpatè obliviſcitur, manet liber à reſervatione, quoad iſtum, & poteſt deinde ab eo abſolvi à ſimplici Sacerdote ſecundùm Coninch. cit. *num. 93.* Ubi dicit item communem, quam ſequuntur Gabr. *in 4. d. 17. quæſt. 1. a. 3. d. 2.* Nav. *in man. c. 26. nu. 13.* Adrian. *q. 4. de confeſs.* Sylv. *v. confeſſio. 1. quæſt 4.* Angel. *eod. v. 1. num. 11.* Sà *eod. n. 7.* Roſella. *eod. 2. num. 9.* Henriq. *ſupracit.* & plures alii apud ipſum. *Ergo* ſignum eſt in ejuſmodi reſervatione caſuum, nullam haberi rationem pænitentium, ſed tantùm Confeſſariorum, & reſervatione eos reſpicere, non verò pænitentes.

8 Atq. ex hac doctrina eruitur ratio fundamentalis, quare Regulares abſolvunt à caſibus quos Epiſcopi ſibi reſervant, nam quia reſervatio non reſpicit, niſi Confeſſarium, cui Superior ſuos intelligitur ligare manus, & aliàs non poſſunt Epiſcopi ligare manus Regularibus, cùm non ſint eis ſubditi, hinc relinquitur quòd quoad caſus Epiſcoporum, Regulares habent manus liberas, & reſervationem ejuſmodi caſ[uum] Epiſcopalium intelligendam eſſe fact[am] non Regularibus, ſed Parochis & a[liis] Confeſsarijs, qui ſint ſubditi Epiſcop[is].

Fallit tamen reſpectu cenſura[rum] quia ſi Epiſcopus reſervavit ſibi ce[nſu]ram, non poteſt ab ea Regularis ab[ſol]vere, quia de jure communi cenſura [non] tollitur niſi ab eo, à quo fuit poſita. *ſi Epiſcopus fortè 11. quæſt. 3. cap. per tu[as] ſent. ex. & c. venerabilibus. eod. in 6.* C[...] *cap. ſi inimicus* 11. *quæſt. 3.* arg. *cap.* [...] *d. 1. de pænit:* Unde in. *can.* 47. C[onc.] Nicæni. *Nullus Epiſcopus ſolvat, quem* [...] *Epiſcopus ligavit.* At ſi cenſura foret o[ccul]ta, nihil prohiberet, Regulares ab[ſol]vere, ſecundùm fundamenta ali[...] ſita & ſeruatis ſervandis. Nam Reg[ulares] idem poſſunt quod Epiſcopi, circ[a oc]culta. At virtute Tridentin. *ſeſſ.* 24. [...] poſſunt Epiſcopi abſolvere à cenſu[ris] alijs latis, ſi ſunt occultæ, ut docent [...] boſ. *de pot. epiſc. p. 2. alleg. 39.* Bo[...] *cenſ. in com. d. 1 quæſt. 3. p. 2.* Filliuc[...] *tract. 7. cap. 10.* Cutill. *in addit.* [...] *Mancini dub. 38 in append.* Ninus [...] *Sayri. lib. 2. do cenſ. c. 19* & *ibi* A[...] Riccard. Ergo & ſimiliter Regula[res] de dicta ubi de poteſtate Regular[ium] abſolvendum §. 2. *per tot.*

## D U B. XXI.

### *In quibus Caſibus Regulares ſubijcia[ntur Epi]ſcopis, Cum derogatione Exempt[ionis].*

Ad c. 8. ſect. 3.

1 *Caſus in quibus Regulares ſubiiciun[tur] ſunt diverſi.*
2 *Et in his allegandis non conveniunt* [...]
3 *Magis communes, & ſcitu neceſſari[...] tur & ſeq.*
2 *Et tales ſolùm ſunt cenſendi in quibus* [...] *clauſula* non obſtantiæ.

DIxi in illo capite Regulares eſſe ab Epiſcopis exemptos generaliter, & in omnibus, niſi inveniatur caſus exceptus in jure. Nunc igitur ego hîc quæro, an de facto ſint aliqui caſus tales, quot & in quibus materijs. Et quidem tales reperiri conſtat, & apparebit ex dicendis, verùm non convenit inter Doctores in eis computandis. Nam Tambu. in cur. *Abb. d. 15. quæſt. 7.* horum enumerat ad 37. quos tam ex antiquo jure, quàm novo Trid. *ibi* congerit. Milard. verò in ſua ſum. parùm ſtrictior proponit horum 27. tantùm. At Caſſahing *in tract. de privil.* adhuc parcior non admittit niſi 24. nempe 7. ex antiquo jure. Et 17. ex novo Trid. Alij aliter ratiocinantur. Hæc autē diverſitas inde oritur, quòd aliqui in recēſendis ejuſmodi caſibus eos omnes in hunc Ordinem congerunt, in quibus aliquid quoquo modo diſponitur contra Regularium exemptionem, & libertatem, alij verò hos tantùm admittūt, in quibus non ſimpliciter invenitur aliquid diſpoſitū contra exemptionem Regularium, ſed in quibus invenitur diſpoſitioni addita Clauſula non obſtantiæ, quæ tunc ſolùm derogatio ſortitur effectum & ſufficiens reputatur juxta dicta, ubi de Trident. *v. quinto.*

2 Ego autem, tum ex jure antiquo, tum novo Trid. tum ſubſecutis Sum. Pontif. & Cardinalium conſtitutionibus, atque etiam Doctoribus variis hîc proponam magis frequentes caſus, & ad tollendam difficultatem, mentionem faciam prædictæ Clauſulæ, ubi invenitur abjecta.

3 *Primus* eſt circa munus concionandi, quando Regularis habiturus eſt Concionem in propria ſui Ordinis Eccleſia debet accipere benedictionem ab Epiſcopo, ſi contingat eſſe præſentem. At ſi vult in alienis Eccleſijs concionari, debet accipere licentiam ab eodem. Quòd ſi errores vel ſcandala diſſeminaverit, Epiſcopus poteſt ei interdicere munus concionandi, ſi hæreſes, contra illum procedere ſecundùm juris diſpoſitionem, de quo *in cap. ad abolendam. de Hær.* Et hoc tanquam Sedis Apoſt. delegatus juxta Trid. *ſeſſ. 5. c. 2. de ref.* Ubi licet Clauſula non obſtantiæ non ſit expreſſa, videtur tamen ex ipſo textu inferenda.

4 *Secundus.* Reſpicit idem concionandi officium, quia ſi aliquis Prælatus Regular. negligit providere, ut verbum Dei proponatur populo in Eccleſijs unitis ſuo Monaſterio poteſt Metropolitanus tanquam Sedis Apoſt. delegatus ad hoc illū compellere, *ibid.*

5 *Tertius.* Reſpicit Regulares delinquētes in hoc, quod ſi aliquis vivens extra Monaſterium deliquerit, poterit Epiſcopus illum punire & contra illum per cenſuras procedere cum clauſulis non obſt. *cap. volentes. de privil. in 6. Trid. ſeſſ. 6. c. 3. de ref. & ſeſſ. 7. c. 14.* Quæ jura fuêre deinde innovata per conſtitutionē Clem. VIII. quæ incipit: *Suſcepti Regiminis.* At quantùm ad eos, qui viventes intra Monaſterium delinquunt extra tali modo, ut ſint alijs ſcandalo, jubentur puniri à ſuo ipſorum Superiore intra tempus ab Epiſcopo ei aſſignandum juxta Trid. *ſeſſ. 25. de Reg. cap. 14.* ſed ibi non habetur Clauſula. Vide ubi de exempt. §. 4.

6 *Quartus.* Reſpicit forum & lites, quia ſecundùm nonullos nō obſtante exemptione Regulares poſſunt conveniri corā Ordinario, ratione rei, delicti, vel contractus, quando res, de qua agitur, exiſtit in loco nō exempto, vel delictum fuit in eo commiſſum *c. volentes de priv. in 6.* Nam quia *ibi* derogatur exemptioni, ideo diſpoſitio illius capitis trahitur à nonnullis ad Regulares, quorum omnia jura & pri-

vilegia fundantur in exemptione. Sed
7 certè magis importunè, quã opportunè ſit hæc extenſio. Quia ipſe Innocent. IV. qui eſt Author canonis interrogatus, an per illum intenderit derogare Regular. privilegijs vel exemptioni? Reſpondit quòd non, B. quæ incipit: *Cùm aliàs duxerimus.* expedita 15. Cal. Octob. Anno ſui Pontif. 10. Tum deinde Bened. XI.
8 derogando expreſsè illi canoni ſancivit, ut non obſtante ejus diſpoſitione, ſarta tecta maneat Regulariũ exemptio. B. quæ incipit: *Inter cæteras.* Data 4. Nov. April. Pontif. ſui Anno 1. Ultra quas generales declarationes pro omnibus Ordinibus in communi, etiam diverſi Pontifices in particulari, derogando prædicto capiti favore diverſorum Ordinum, ſanxerunt, eorum fratres non teneri reſpondere coram Ordinarijs, ſeu ratione rei, ſeu delicti, ſeu contractus, uti ego retuli §. 4. *de exemptione.*
9 *Quintus.* Reſpicit Regulares, qui ob certa delicta contrahunt excommunicat. Quia dum conſtat de delicto poteſt Ordinarius eos denuntiare, nempe ſi ſine licentia proprij Parochi miniſtrant alicui Viaticum vel extremam Vnctionẽ, ſi Matrimonia ſolemnizant, aut ſi abſolvunt à cenſuris, à quibus nõ poſſunt abſolvere. *Clem. Religioſi. 1. de privil.* cum clauſula non obſt. Vide tamen dicta, ubi de Euch. num. 3.
10 *Sextus.* Reſpicit Monaſteria, quia nullum licet Regularibus novum erigere, niſi cum licentia Ordinarij, ut habetur in Trid. *ſeſſ. 25. cap. 3. de Regular.* & ſervatis alijs, de quibus ego *ubi de Monaſter.*
11 *Septimus.* Eſt de Monaſterijs commendatis, quæ jubentur viſitari ab Ordinario ad hoc, ut obliget Commendatarios ad eorum reparationem. Trid. *ſeſſ. 21. c. 8.* Nomine autem Ordinarij ego hîc intelligo, non Epiſcopum Diœceſanum, [...] Viſitatores Congregat. ſeu Abbate[...] jores, qui ſunt in ea Ordinarij.

*Octavus.* Reſpicit Clauſurã & ſtabil[...] tem, eò quòd nulli licet exire de ſuo M[...] naſterio prætextu conveniendi Sup[...] riorem majorẽ vel tranſeundi ad arcti[...] rem Ordinem, ſin autem, poteſt pu[...] tanquam fugitivus. *ſeſs. 25. c. 4. de Reg.* cum Clauſula.

*Nonus.* Reſpicit eos, qui mittuntur [...] ſtudia, quia ſi in civitate, in qua ſtude[...] extat Monaſterium ſui Ordinis, debe[...] in eo habitare. *ibid.* ſed deeſt Clauſul[...]

*Decimus.* Reſpicit ſuſceptionem O[...] dinum, quia omnes ordinandi poſſ[...] examinari. *ſeſſ. 23. c. 12.* cum Clauſul[...]

*Vndecimus.* Eſt de Confeſſarijs, ut C[...] feſſiones non audiant, niſi approb[...] *ſeſſ. 15.* cum Clauſula.

*Duodecimus.* Eſt de Miſſis celebrand[...] ne in Oratorijs privatis celebren[...] *ſeſſ. 22.* cum Clauſ.

Et de earundem Miſſarum ſtipend[...] de qua materia vide *ubi de Miſſis v.* [...] *volens.*

*Decimus tertius.* Reſpicit officium P[...] chiale, quia nullus Regularis poteſ[...] lud ſuſcipere, niſi ab Ordinario app[...] batus juxta Trid. *ſeſſ. 24. cap. 8. de ref.* [...] dum exiſtit in Parochia vel Prioratu [...] membro ſui Monaſterij pro hoc offi[...] exercendo, manet ſubditus eidem Or[...] dinario, quantùm ad ea, quæ ſpecta[...] ad idem munus. *ſeſſ. 25. de Reg. cap. 11.* [...] *& cap. volentes 1. de privil. in 6. §. fin.* qu[...] diſpoſitio habet locum etiam in eo, q[...] reſidet in ſuo Monaſterio, ſi ſic reſidens [...] adminiſtrat Parochiam. *cap. 11. cit.* ſed [...] non fuit appoſita clauſula. Et inſuper [...] fallit diſpoſitiò pro Monaſterijs, in qui[...] bus Generalis Ordinis habet ſuam reſi[...] dentiam, ut *ibid.* dicitur, & ex abundan[...]

ti S.

ti S. Cardin. Congregat. declaravit apud Zerol. *in pra. p. 2. v. viſitatio, q. 13.*

*Decimus quartus.* Eſt circa Obſervantiã cenſurarum, quia omnes Regulares jubentur publicare & ſervare latas ab Ordinarijs locorum. *ſeſſ. 25. cap. 12.* ſine Clauſula, quæ tamen habetur in *cap. Epiſcoporum de privil. in 6.* Et hoc ſub pæna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ & alijs à jure latis, ut *ibi* dicitur.

*Decimus quintus.* Circa Feſtorum obſervantiam, quia conſtituta in Diœceſi debent ſervare *ſeſſ. 25. c. 12.* ſed ſine Clauſ. Quod verò de Feſtis Diœceſis dicitur in illo decreto, idem ego de Feſtis Parochiæ vel votis publicis dico cum Vaſch. *1. 2. d. 167. cap. 4.* Portel. *v. Religioſus. in add.* Sanch. Navar. & alijs. Ac item de legibus ſeu ſynodalibus, ſeu civilibus locorum, in quibus habitant cum eodẽ Vaſch. *art. c. 5.* Rodriq. *in ſum. to. 1. c. 122.* & Macchad. *in perſ. Confeſſ. lib. 2. p. 3. tract. doc. 13 to. 1.*

*Decimus ſextus* Eſt de Profeſſionibus, ad quas poſſunt Regulares obligari ab Ordinarijs. *ſeſſ. 25. cap. 13.* Sed ſine Clauſ. Et inſuper S. Cardin. Congreg. An. 1602. ... Caſſinenſium declaravit, eos non poſſe obligari ad aliam Proceſſionem, quam Feſti Corporis Chriſti. Quod iterum Anno 1616. ſervandum mandavit. Ac rurſus Año 1638. Urbanus VIII. ... per B. quæ incipit: *Nuper pro parte.* Quod idem pro Monachis Olivetan. & Canonic. Regul. Congreg Lateranenſis S. Cardin. Congregat. Conſtituit Ann. 1634. die 17. Sept.

27 *Decimus ſeptimus.* Eſt pro litib. & difficultatibus, quæ poſſunt oriri ſuper præcedentia in Proceſſionibus, quia extemplò poteſt Ordinarius eas decidere cum Clauſ. *ſeſſ. 25. cap. 14.*

28 *Decimus octavus.* Reſpicit Novitios à Religione recedẽtes pro recuperandis omnibus, quæ ſecum intulerunt, quia ſi Monaſterium, detrectat ea reſtituere, poteſt Epiſcopus per cenſuras ad hoc cogere. *ſeſſ. 25. c. 16.*

*Decimus nonus.* Verſatur circa libros imprimendos, quia nemini licet aliquẽ imprimere de rebus ſacris, vel ad quietandas conſcientias, niſi cum approbatione Ordinarij, & licentia ſui Superioris, addito Authoris nomine & cognomine, ex decreto Concil Lateran. ſub Leone X. *ſeſſ. X.* & Trid. *ſeſſ. 4. in decreto de Canonic. ſcript.* ubi eadem diſpoſitio extenditur ad manuſcripta, non vulganda de quo Barboſa, *de off. & pot. ep. p. 3. all. 105.* & Roder. *to. 2 qq. Reg. 104 a. 1. & ſeq.* Et in ſingulis Provincijs varia ſtatuta emanârunt, quæ ſolùm de præſenti attenduntur. 29

*XX.* Reſpicit pulſum campanarum in die Sabbati Sancti, quia Regulares prohibentur ſuas pulſare, donec primò in Eccleſia Cathedrali vel Parochiali ſint auditæ ex conſtitutione Leon. X in Concil. Later. quæ incipit: *Sacro approbante.* de qua Gavant. *in com. ſuper rubr. Miſſ.* Et hoc ſub pæna 100. Ducatorum ex declaratione Cardinalium. Sub An. 1608. die 9. Febr. de qua idem Gavant. *in Enchir. Epiſc. v. Campanæ.* & Barboſ. *alleg. 105. cit.* 30

Fallit tamen reſpectu eorum Regular. qui ex conſuetudine imẽmoriali ſolent ad libitum pulſare ſuas campanas, quia permittitur eis continuare in ſua conſuetudine, ut monet Tambur. *to. 1. de jur. Abb. d. 15. q. 7.* Vbi plures ſuper hoc adducit Rotæ deciſiones & Cardinaliũ declarationes. 31

*XXI.* Eſt ob defectum juſtitiæ, quia ſi Regularis non poteſt facilè recurrere ad ſuum Superiorem majorem, licet ei recurrere ad Epiſcopum ſecundùm Barboſ. 32

 alleg.

alleg. 106. cit. Gavant. in Enchir. cit. v. exēpti. Cokier. in tr. de jurisd. Ord. in exēpt. Aufrer. & alios. Sed zelus vindictæ, qui in quamplurimis fervet, ſatis oſtendit, quã ſit hic recurſus periculoſus, & ſatiùs eſſe pati aliquã injuriam, quàm in ruinam, & oppreſſionem totalem adduci.

33 XXII. Verſatur circa ea quæ concernunt fidem, vel ſanctum inquiſitionis officiũ, quia quoad illa Regulares ſubijciuntur Epiſcopis & Inquiſitoribus, caſſatis quibuscunque privilegijs in contrarium facientibus ex conſtitutione Urb. VIII. quæ incipit: *Cùm ſicut accepimus.* ſub data Anni 1631, die 5. Nov.

34 Sunt & alij caſus, in quibus dicitur derogari Regular. libertati & exemptioni, ſed referre ſuperſedeo, tum quia horum nonnulli conveniunt cum prædictis, tũ quia alij non inveniuntur niſi in declarationibus vel conſtitutionibus quæ non ſunt receptæ, aut certè non habent ſufficientes clauſulas derogatorias, cùm etiam de omnibus relatis poſſit dubitari, juxta dicta *in dub. 7. per tot.*

## DVB. XXII.

*An Decreta derogantia Exemptioni Regularium æqualiter omnes reſpiciant, & comprehendant.*

Ad c. 8. citat.

## SUMMARIUM.

1 *Vrban. 8. voluit omnes Regulares æqualiter comprehendi, in diſpoſitionibus apoſtolicis.*

2 *De jure tamen ſecus eſt.*

3 *Epiſcopus Cavenſis volens obligare Monachos S. Trinitatis ad Proceſſiones, fuit condemnatus à S. Congreg.*

4 *Item & cùm vellet procedere contra eoſdem ſi delinquerent.*

5 *Monachi qui nunquam fuêre ſubditi, non poſſunt dici exempti.*

6 *Vnde quando aliquid ſtatuitur contra exemptos, non comprehenduntur in diſpoſitione.*

7 *Pacta non tolluntur per ullas revocation*

8 *Neq; Sedis Apoſt. 9. 10.*

11 *De quo proponuntur exempla & ſeq.*

13 *Congregatio Caſſin. habet pactum cu*
*Apoſt. ſuper exemptione & privilegi*
*ſemper excipitur in revocationibus*

5 *Etiam Papa debet ſuum verbum ſervare.*

ITA videtur intendiſſe Urb. VII
ſua conſt. quæ incipit: *Cùm ſicut a*
*mus.* edita An. 1631. die 5. Nov. In
decernit quaſcunq; conſtitutiones
ſtolicas, ſuper quacunque re e
comprehendere quoſcunque Regul
quibuscunq; privilegijs, & ſub qua
forma conceſſis munitos, niſi ſpeci
in illis inveniantur excepti. Sed ho
obſtante ego puto, multa eſſe Mon
ria, multasq; Congregationes, qu
comprehenduntur ſub eiuſmodi d
tis vel conſtitutionibus, derogan
Regularium exemptioni & privile
Et ut clariorem reddam meam opi
nem, ego fundamenta ejus accipia
ſolidiſſima doctrina, quam ſancta
dinalis Congregatio tradidit in d
declarationibus, quæ licet imm
& directè reſpiciant Sacrum S. Tri
tis Cavenſe Monaſterium, ad mul
men alia, totamque Congregati
Caſſinenſem (cujus eſt) extendi po
imo & debet, ob identitatem ratio

Igitur ſciendum eſt, quòd cùm
ſcopus Cavenſis vellet aliquando
gare Monachos dicti Monaſterij SS.
nitatis, ad intereſſendum Proce
bus, & virtute Tridentini proce
illi verò renuerent lite motâ cor
Card: Congr. Illa die 13. Aug Ano
tulit ſententiam (quæ refertur in
Caſſin. *conſt. 213.*) in hæc verba: *C*
*gatio generalis cenſuit, Monachos SS.*
*nitatis non poſſe ex decreto Conc*
*25. Capit. 13. de Regularibus cogi ad*
*ceſſio.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*…ſiones. Tum quia nullius. Tum quia non …ſint dici exempti, qui nunquam ſubditi fue…rũt. Item propter pactum confirmatum à Sede …Apoſt. quod non tollitur cap. 22. de Regul.* Cùm …verò idem Epiſcopus prætenderet ſe (ſi…militer virtute Trident.) poſſe procede…re contra prædictos Monachos, ſi contin…gat delinquere, lite ad eandem S. Con…gregationem delata, tulit Epiſcopus hoc …reſponſum die 31. Iul. Anno 1621. à Car…dinali Ubaldino Congreg. Secretario, …quod ſimiliter refertur in Bullar. Caſſin. …fol. 289. *Congregatio Cardinalium, Concilij …Trid. interpretum, auditis amplitudinis tuæ Pro…curatoribus & Advocatis, reque acurato ſtudio, …ſemel atque iterum diſcuſſa, cenſuit concordiam …conventionem ante Concilium initam, inter …bonæ memoriæ Cardinalem de Aragonia, & Ab…batem Monaſterii SS. Trinitatis Cavenſis in cre…atione Epiſcopatus à Sede Apoſt. confirma…tam obſtare Epiſcopis Cavenſibus, quin poſsint, (etiam tanquam Sedis Apoſt. delegati) viſitare, …re, & corrigere Monachos dicti Monaſterij …intra clauſtra degentes, in vim Capit. 3. ſeſſ 6. …atque in Monachos eoſdẽ degẽtes intra Monaſt. …clauſtra, & extra ea in Diœceſi Cavenſi notoriè …cum ſcandalo delinquentes procedere valeant …ad præſcriptum. cap. 14. ſeſſ. 25. de Regul. &c.* …Igitur ex hoc quod S. Cardinalium Cõ…gregatio declarat, non dici exemptos, …qui nunquam fuêre ſubditi, atque ideo …Monachos Cavenſes non venire nomine …exemptorum in odioſis, ſeu in obligatio…nibus, & oneribus. Hinc ego infero, quòd …ſimiliter alia Monaſteria, quæ nunquam …fuerunt ſubiecta (ſeu quia antiquiora ip…ſis ſedibus Epiſcopalibus, ſeu quia à pri…ma ſua fundatione, facta ſunt imediata …Sedi Apoſtolicæ (non veniunt nomine …exemptorum. Unde quia Concilium Trid. …Clem. & Urban. VIII. aliique Pontifices, …imò jus ipſum ſcriptum in ſuis deroga…tionibus exprimit & nominat ſemper Re…gulares *exemptos*, cenſendum eſt, eos ſemper loqui de his, qui propriè, & in propria ſignificatione ſunt exempti, hoc eſt qui olim fuêre ſubditi, non autem de illis, qui nunquam, quales ſunt prædicti Monachi, Monaſterij Cavæ, Caſſinenſes, Cluniacenſes, Fuldenſes, Campidonenſes, Sancti Galli, & non pauci alij per Germaniam, Flandriam, & omnes ferè Provincias. Et ſic quando emanat aliqua conſtitutio, aut obtruditur aliqua 6
jam facta ab aliquo Concilio Romano Pontif. vel S. Congregatione, in qua datur Epiſcopis poteſtas procedendi, cogendi vel agendi (etiam tanquam Sedis Apoſt. delegatis) contra Regulares non obſtante quacunque exemptione, ſemper excepti ab ejuſmodi diſpoſitione, cenſendi ſunt Monachi prædictorum Monaſteriorum, & non tenentur recipere talia mandata neq; Epiſcopos audire.

Item quia pactum præcedens Tri- 7
dentinum initum cum Epiſcopo & Monachis Cavæ, non tollitur per derogationes eiuſdem Trid. adeò ut ijs non obſtantibus, maneant dicti Monachi in ſua plena exemptione, & ſuorum privilegiorum fruitione. Ita à pari ſi aliquod Monaſterium aliud habeat ſimiliter pactum cum Epiſcopo Diœceſano, vel cum Sede Apoſtolica, non poterit per ullam ſubſequentem derogationem imminuere illi ſuam exemptionem, ſuàve privilegia in ea fundata. Atqui prædictum Monaſterium Cavenſe, præter pactum cum Epiſcopo, habet aliud cum Sede Apoſtolica in cenſu annuo, trium ſolidorum aureorum, quos ex conſtitutione Urbani II & Alex. III. ſolvit Cameræ Apoſtolicæ. Et ſimiliter Congregatio Caſſin. habet pactum cum eadem Sede Apoſtol. in cenſu an. unius

unciæ

unciæ auri, quam ſolvit eidem Cameræ,
*pro omnimoda exemptione, & manutentione*
*privilegiorum* (uti pleniùs dixi dub. 6.)
8 Ergo ſicut ex declaratione duplici Car-
dinalium pactum præcedens Tridenti-
num obſiſtit, quamvis ejus decreta dero-
gent exemptioni & privilegijs Monaſte-
rij Cavenſis, ita ſimiliter pactum initum
cum Sede Apoſtolica ab eodem Mona-
ſterio Cavenſi, & Congreg. Caſſinenſi
obſiſtit, quominus ulla decreta Apoſto-
9 lica ſubſequentia imminuant ejus exem-
ptionem aut privilegia. Et ſic quamvis in
Tridentino, aut ſubſecutis Sum. Pon-
tificum conſtitutionibus, aliquid inve-
niatur ſtatutum, ad quod obliganturRe-
gulares, *etiam exempti*, aut quovis privi-
legio muniti, ſemper intelliguntur ex-
cepti illi, qui habent pactum anterius
10 cum Sede Apoſtol. ut Caſſinenſes. Imò
etiamſi in diſpoſitione dicantur compre-
hendi quicunque, aut quomodocunque
exempti, aut qui nunquam ſubditi fuere.
Nam ſi hoc titulo non excipiuntur, cer-
tè illos excipit pactum præcedens *quod*
*non tollitur*, inquit Sacra Congregatio.
11 Neque hoc fruſtra dixerim, ſed in ſana,
& infallibili doctrina Concilij Lateran.
ſub Leone X. fundatur mea opinio. Cùm
enim dictus Leo feciſſet quoddam con-
cordatum cum Franciſco primo Rege
Franciæ. Ipſe deinde ſacro approbante
Concilio declaravit, ſe omnia in præ-
dicto concordato ſtatuere, & diſponere
per modum contractus, ad hoc ut invio-
labilia ſemper permaneant, & nunquam
neque à ſe, neque ſuis Succeſſoribus per
ullam expreſſionem, aut clauſulam pro
expreſſis habentes contrariam diſpoſi-
tionem, gratiam, aut quidvis aliud, re-
vocentur. Audis pactum? Audis irrevo-
cabilitatem? Audis firmitatem diſpoſi-
torum? Igitur à pari, ſi aliquod Mona-
ſterium, aliquàve Congregatio hab[...] pactum cum Sede Apoſtol. ſuper ſua [...] emptione, & privilegiis, nunquam [...] cenſendum erit derogatum, per ul[...] diſpoſitionem aut clauſulam, quam[...] vis generalem, quin potius propter [...] ctum, & concordatum ejuſmodi pr[...] dens ſemper excipi reputantur.

Et hanc rationem vimque ipſius [...] timè intellexit, & clarè demonſtr[...] Eugen. IV. Author pacti cum dicta C[...] greg Caſſin. Nam in Bulla, in qua ce[...] illi conſtituit, declarat, non poſſe [...] obligari ad ulla onera, perſonalia, [...] lia, vel mixta, virtute quarumcu[...] litterarum Apoſtol. etiam ſi in illis c[...] prehendantur exempti, nempe qu[...] ctum impedit ne dicta Congregat. ([...] vis aliàs exempta) comprehendatur [...] li diſpoſitione, aliud eſt enim dero[...] exemptioni, aliud derogare pacto, [...] exemptioni datæ ex gratia, & acq[...] per pactum.

Intellexit etiam hanc veritatem [...] adhuc clarius explicavit Clem. VII. [...] quæ incipit: *Exponi nobis.* expedita [...] Mart. ann. 1525. ocaſione cuiuſdam [...] vis, per quod ipſe Cardinali Nicolao [...] Ridolphis tunc Epiſcopo Florentino [...] bat juriſdictionem in omnes Regul[...] exemptos ſuæ Diæceſis, nõ obſtante [...] cumque exemptione. Cùm enim Mo[...] chi Sanctæ Mariæ, civitatis Florent[...] Congreg. Caſſinenſis conſuluiſſent [...] dem Clement. an per dictum Breve [...] ſendi forent facti ſubditi cùm aliis e[...] tis prædicto Cardinali, & ſuæ exemp[...] ni, ac privilegiis derogatum eſſet, [...] reſpondit Pontifex.

*Monaſteria Congreg. veſtræ, & illorum Mo[...] nachos, ſub litteris Nicolao Cardinali conc[...] minimè comprehenſos eſſe, voſq; veſtris privi[...] giis, gratiis, & exemptionibus liberè uti poſſ[...] &c.*

*debere, in omnibus, & per omnia, perinde ac in prædictis litteris vos expreſſè excepti fuiſſetis, authoritate Apoſtolica, præſentium tenore decernimus.* Vides igitur quia quando Papa derogat exemptis, & eorum exemptionibus vel privilegiis, ſemper intelligitur excepta Congregat. Caſſinenſis, quamvis hoc non dicatur. Nimirum *propter pactum*, & ſingulares derogatoriarum derogatorias illi additas ab Eugenio, & cõfirmatas deinde à Leone X. Paulo III. ac aliis Pontificibus, de quibus informatus Clemens VII. (ut ipſemet ait in ſupradicta Bulla) reſponſum ſuprarelatum dedit. Et quod in hac materia mihi videtur eſſe maximi momenti, non tantùm quia à Maximo Pontif. datum, ſed quia datum ex interveniento pacto, ſeu cenſu, & conventione, de qua loquimur, & ſic non ex gratia, ſed juſtitia, & ſecundùm naturalem exigentiam ejuſdem pacti. Quod cum ſingulis annis innovetur, ideo, & nunquam exemptioni dictæ Congregat ejuſque privilegiis in eo fundatis derogatur.

Dices non poſſe Epiſcopum Cavenſem contravenire pacto, à ſuo Prædeceſſore facto cum Monachis Cavenſibus, quia fuit confirmatum à Papa, ſed non poteſt idẽ dici de pacto Caſſinenſium cum ſede Apoſt.

Reſpond. Cardinales fundaſſe ſuum reſponſum, non ſuper confirmatione pacti, ſed ſuper ipſius natura, quæ exigit ſtabilitatem, & ut ſtetur concordatis, licet enim obligatio pacti, & conventionis perſonalis non tranſeat ad Succeſſores, fallit tamen quando pactum initur cum ſede, & ſuper negotio ipſam reſpiciente, nam quia ſedes non moritur, ideo ſemper manet ei affixa obligatio ſervandæ conventionis, & ſic quia pactum de quo loquimur, fuit ictum non cum Epiſcopo ſed cum ſede Epiſcopali, non à Monachis, ſed à Monaſterio, ideo ſemper viget, & vigebit ejus obligatio, etiam ſecluſa omni confirmatione, idemque dico per proportionem de pacto Eugeniano, quod fuit ictum non inter ipſum, & Monachos Caſſinenſes, ſed inter ſedem Apoſtol. & Congregationem Caſſinenſem. Et ita eſſe patet ex pacto Leon. X. cum Franciſco primo de quo ſupra.

Dices extare conſtitutiones Cardina- 15
lium, & Romanorum Pontif. per quas
derogatur in quibuſdam caſibus exemp-
tioni Regularium, & privilegiis quibus-
vis, *etiam pacto, vel juramento firmatis*.

Reſp. quòd quidquid ſit de poteſtate Papæ ad revocanda ſua pacta (quam ægrè admodum admittunt qui poſſunt reſiſtere, ut Principes) Id ſaltem non poteſt negari quod ad ejuſmodi revocationes (clave non errante) faciendas, requiruntur multa, ex omni parte, quæ non intervenerunt in conſtitutionibus Pontificiis, quæ ad hoc obtrudi poſſent, unde & in dub. 7. dixi poſſe probabililer ſuſtineri, nullas earum habere ſufficientem vim derogativam, ad abroganda privilegia Regularium. Quantùm verò ad conſtitutiones Cardinalium, idem dixi ibid. de ipſis.

## D U B. XXIII.

### *An Religioſus profeſſus ad Chorum, ſed ſacris nondum initiatus, teneatur ad Horas?*

Ad c. 12. ſect. 3. nu. 7. & 8.

### SUMMARIUM.

*1 Decet maximè Religioſos quoſque Horas recitare.*
*2 Principium autem ex quo ad eas obligantur, eſt quod ſint profeſſi ad Chorum.*
*3 Obligari verò ſub mortali tenent aliqui Authores, quorum rationes deducuntur, & ſeq.*
*11 Opinio contraria verior.*
*Qui ſemel, aut iterum Horas omittit, non peccat mortaliter ibid.*

12 Obli-

*12 Obligationes non inducuntur, niſi ſecundùm quod invenitur in jure.*

*14 In jure obligatio Horarum imponitur ſolùm exiſtentibus in ſacris Religioſis non. Vel ſolùm Communitati 13. 20.*

*16 Ordines Religioſi non ſunt inſtituti præcisè ad orandum.*

*17 Monachatus non eſt beneficium.*

*18 Deputatio ad Chorum non obligat Monachum ad Horas, ſed eum diſtinguit à fratribus laicis.*

*21 Regulæ Religioſorum, obligant eos ad Horas, eo modo, ac ad alias obſervantias, & non ſub maiori peccato.*

*23 Regula habet vim legis, & juris com. in quolibet Ordine.*

*24 Conſuetudo non obligat ſub alio peccato, quàm intenderunt illi, à quibus fuit introducta.*

*25 Et illa de Horis dicendis non fuit introducta ſub mortali.*

*26 Gravis materia poteſt obligare ſolùm ſub veniali.*

*28 Scrupuli facti à Prælatis iſto tempore ſunt ſuſpecti.*

QVærens hîc an Religioſi teneantur
1 ad Horas, ſuppono primò me loqui de ea obligatione, quæ peccatum mortale inducat. Nam quòd deceat Religioſos perſolvere Horas Canonicas, quòd ſit conſultum, quòd ſuadendum, quòd præ multis aliis operibus piis, meritorium, & Deo gratum, hoc totum tanquam certum, in dubium non revoco. Suppono
2 ſecundò, quòd cùm quæſtio procedat generaliter de omnibus Ordinibus, Religioſis, ego etiam hic loquor generaliter, & in communi de principio quod in cõmuni in omnibus invenitur, nempe de deputatione ad Chorum, ſecluſis privatis cuiuſque Ordinis vel Congregationis ſtatutis, & quæro, an ex hoc ipſo præciſè quòd aliquis per Profeſſionem deputatur ad Chorum, obligetur ſub mortali ad Horas? etiamſi ſacris non ſit Ordinibus initiatus.

Affirmant autem communiter Ca[...] niſtæ *in cap. 1. de cel. miſſ.* Aſor. *1. p.* [...] *lib. 10. cap. 6.* Marchin. *de ſacr. ord. tra*[...] *2. p. 6. cap. 12. diff. 1.* Et plures alii [...] quentibus citandi, qui tamen non [...] eodem omnes, ſed ex diverſis capi[...] hanc obligationem aſtruunt.

*Primum* caput ſumitur ex jure di[...] Nam olim Levitæ & Sacerdotes qui [...] ſortis Domini, & cultui templi de[...] fuerunt a Davide præfecti pſalmis [...] hymnis in eodem templo canendis, [...] autem in lege nova Regulares, & Cl[...] ſucceſſerint Levitis, conſequens [...] dicamus eos ſucceſſiſſe in munere [...] tandi publicè in templis laudes di[...] ita nonnulli apud Marchin. citat.

*Secundum.* Sumitur ex fine inſti[...] ligioſi, quia ideo Ordines Religioſ[...] ſunt fundati, ut orent, non tantum [...] ſe, ſed etiam pro aliis, & univer[...] cleſia. ita S. Antonin. *3. p. tit. 13.* [...]

*Tertium.* Ducitur ex hoc quod Re[...] vivunt de eleemoſynis, & bonis e[...] ad cultum divinum, unde mona[...] dicitur beneficiũ interpretativũ à [...] *in Clem. diſpendioſam. de judic.* Unde [...] beneficiati obligantur ad Horas [...] vivunt de bonis Eccleſiæ, & Patri[...] Chriſti, ita & Religioſi Palud. *in* [...] *quæſt. 5. artic.* 1. & Fab incarnat. *in* [...] *p. 1. tractat. 3.*

*Quartum.* Fundatur in Profeſſione [...] hoc ipſo quòd per Profeſſionem [...] deputatur ad Chorum, ſtatim ori[...] conſurgit in eo obligatio ſatisf[...] choro, & Horas chorales perſol[...] Navarr. *de peccat. cler. cap. 26. num* [...] Perez *in reg. Sancti Bened. cap. 19.* [...] *concl. 2.*

*Quintum.* Sumitur ex ipſo jure p[...] & ſacris canonibus, in quibus hoc [...] nobis imponitur. ita Arag. 2. 2. q. [...]

*Sextum.* Fundatur in conſuetudine in-
terrata, Graph. *lib. 2. deciſ. cap. 50. & lib.*
*5.* Navar. *de orat. c. 7. & 21.* Bonacin.
*Hor. can. d. 1. quæſt. 2. p. 2.* Valent. *de*
*orat. d. 6. quæſt. 2. p. 10.* Tolet. *in ſum. lib. 2.*
*&* alij. Ex his autem omnibus oriri
obligationẽ mortalis, probatur ex doct-
rina communi, quam inter alios tradit
*lib. 1. 2. to. 2. d. 158.* Ubi dicit, non
ipſe materiam gravem obligare ſub le-
vi peccato tantùm, Horas autem Cano-
nicas eſſe de ſe materiam gravem, nemo
eſt qui dubitet. Et ita omnes in omnibus
ordinibus interpretantur, & inſtruunt,
& docent ſuis junioribus, eos obligari.
Contrarium tamen tenent aliqui non
minoris notæ Theologi, ut Lairuel in
*Regul ſpecul. 58.* de Præmonſtratenſi-
bus ipſe Præmonſtratenſis Abbas de Be-
nedictinis Caram. *in reg. S. Bened. n. 1343.*
*& ſeq.* ipſe Benedictinus. De Dominica-
nis. A Caſtro de omnib. Regul. in uni-
verſum Bull. *in Clem. Religioſi. de Decim. a.*
*§. pro c. nemo. & c. ſi Monachus. 16. quæſt. 1.*
Bordon. *in Conſil. Regul.* Et ex ipſo Diana.
Ex Diana Auſon. *in ſracitandi.* Nec diſſen-
tire videtur Valent. *d. 6. de orat. q. 2. p. 10.*
Ubi cùm dicat veriùs eſſe, quòd juniores
Religioſi ad hoc onus tenentur, ego in-
ſuper addo, quòd cùm non detut compa-
ratio ſine poſitivo, ſaltem verum eſſe,
quòd non. Quod probabile putat Sà. *v.*
*Horæ. 1.* Unde Aragon. *2. 2. q. 88. a. 11.*
*dub. 4.* & Bonart *de Hor. can. lib. 2. cap. 3.*
affirmant Religioſum non peccare mor-
taliter, qui ſemel, iterum, vel tertiò Ho-
12 ras omitteret. Ratio fundamentalis eſt,
quia obligationes (tanquam odioſæ) nõ
inducuntur, niſi quatenus invenitur in
jure expreſſum, ſicut ſervitutes & onera
non præſumuntur, niſi quantùm de eis
docetur *l. altius C. de ſervit. & aqua.* Bald.
*lib. 4. conſ. 400.* Rolland. *lib. 3. conſ. 32.* De-
cius. *conſ. 269.* Atqui ex nullo capite do-
cetur ſufficienter de obligatione Horarũ
pro junioribus Profeſſis, ergo &c. Pro-
batur autẽ minor ex refutatione omniũ,
quæ in ſuperioribus fuerunt allegata.

Nam quod attinet ad primum, Reſp. 13
quòd etiamſi daretur præceptum de lau-
dando Deo per Pſalmodiam & impoſitũ
clero in communi, non tamen ſequitur
teneri ei ſatisfacere omnes, qui quovis
modo in clero computantur, ſed tantùm
hos, qui ab Eccleſia ad hoc deputantur,
nempe eos, qui ſunt in ſacris, & ita eſſe 14
patet, quia in jure illis imponitur hoc
munus, *in c. Eleuther. d. 91. c. Præsbyter eod.*
*c. ſi quis Præsbyter. d. 92 c. 1. de cel. Miſſ. & c.*
*2. de cohab. cler. & mul.* De Religioſ. autẽ
ubiq; ſummũ ſilentium, ergo ſignum eſt 15
eos, quà tales ad hoc non teneri, & omnẽ
obligationem ſatisfaciendi præcepto di-
vino (ſi quod eſt tale) fuiſſe transfuſã
in eos, qui ſunt in ſacris.

Ad *ſecundum* Reſp. negando ſuppoſi- 16
tum, quòd Ordines religioſi ſint inſtitu-
ti ad orandum præcisè.

Ad *tertium* Reſp. Quòd licèt Religioſi 17
vivant ex Eleemoſynis, & bonis Deo ob-
latis, non tamen ſequitur eos teneri ad
Horas, quia non dantur eis Eleemoſynæ,
nec Monaſteria ædificantur in hunc finẽ,
ut notat Caiet. *v. Horæ*, ſed promiſſione
peccatorum, pro exercenda charitate, &
ut Religioſi alijs operibus pijs ſimul, ut
iſti vacent, unde negatur aſſumptũ, quòd
Status religioſ. ſit ſtatus beneficium in-
terpretativum, cùm potiùs debeat dici fi-
liatio ſeu adoptio, per quam Religioſus
reputatur acquirere jus ad bona Mona-
ſterij, ſeu ut de bonis eius ſuſtentetur, ſi-
cut filius debet ſuſtentari de bonis pater-
nis, non autem per recitationem Horar.

Ad *quartum*. Ex hoc, quòd aliquis de- 18
putetur per Profeſſionem ad Chorum,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nihil inferri poſſe, niſi diſtinctionẽ fratrũ Laicorum & Clericorũ, quæ jam dudum cepta eſt inter Religioſos, nempe hos, qui dicuntur Clerici, eſſe deſtinatos ad ſuſcipiendos & exercendos Ordines clericales, hos qui dicuntur Laici deputari ad munera vitæ activæ, & quia illi ſoli Chorum frequentant (iſtis excluſis) ideo dicuntur Profeſſi ad Chorum, ſed inde nõ
19 ſufficienter infertur pro ipſis obligatio recitandi Horas, vel ſi aliquid eſt concedendum Authoribus hujus opinionis, dicemus, Profeſſos ad Chorum habere in communi obligationem ſatisfaciendi Officijs divinis in Choro, juxta *cap. cum creatura. de cel. Miſs.* non tamen recitandi privatim Officium. Et ita diſtinguit Bordon. *in conſ. Regul.*

20 Ad *quintum* Reſp. nullum canonem inveniri, qui imponat onus Horarum ſimpliciter Profeſſis, & non exiſtentibus in ſacris, quantùm verò ad eos, qui per ſenſus deflexionem allegantur, poteſt ex his inferri fortè obligatio perſolvendi Officij publicè in Choro, quæ obligatio ut ſic reſpicit Conventum in cõmuni ſeu corpus communitatis, non autem perſonas ejus privatas.

21 Quòd ſi allegantur Regulæ Ordinum, Reſp. quemlibet Religioſum teneri quidem ad Horas, jure Regulæ ſui Ordinis, verùm non aliter, neque ſub alio peccato, quàm ad alias obſervantias ejuſdem Regulæ, & ſic quia in multis Ordinibus v. g. S. Bened. & Dominici, putantur Regulæ & conſtitutiones non obligare ſub mortali, ſic neq; recitatio Horarum.

22 Addit Caram. *in Reg. S. Bened. n. 1343.* Quòd neque virtute ipſius quiſquam in ejus Ordine obligatur ad Horas, niſi ſpeciali præcepto ſuus Abbas hoc onus ei imponat, quia inquit Regula S. Bened. non eſt præcepta quoad ullam partem, ſed ſolùm præceptibilis, unde qua[...] aliqua ejus pars à Prælato non præ[...]tur, manent Religioſi ab ea liberi, [...] peccant ſi non ſervant, ſed certè u[...]damentum, ſic & opinio Caram. m[...] placet, lex enim ſemper loquitur *l.* [...] *ni. C. de hæret.* Regula autem in qu[...] Ordine habet vim legis & juris co[...]nis, ut docent Joan. de Neapoli *q[...] quæſt. 16.* Gisler *in jud. Reg. c. 13.* & [...] *in modo proced. in cauſ. Reg. c. 7.* unde [...] *in Theol. 24. Ieſuit. tract. 6. c. 3.* optim[...]tat, Regulam non minùs eſſe præc[...] quàm vocẽ ipſam Superioris, & [...]ceſſo, ut debet, quòd Regula S. B[...] præcipit omnibus ejus Ordinem [...]lis recitationem Horarum, nihil op[...] novo præcepto Prælati, quamvis [...] in ſuperioribus, hæc obligatio [...] maior, quàm aliarum obſervanti[...] Regulæ eiuſdem.

Ad *ſextum*. De conſuetudine, Reſ[...] non poſſe negari, verùm ut bene D[...] *tract. 2. dub. Reg. reſ. 8.* non omnis co[...]tudo obligat ſub mortali, ſed ea ta[...] quæ inducta eſt cum intentione [...]gandi, quia conſuetudo imitatur l[...] lex autem non obligat niſi ſecundu[...]tentionem Legislatoris. An autem [...]ſuetudo recitandi Horas ſit ſic int[...]cta ſub obligatione mortalis inter [...]gioſos. Fum. *in* Armil. *v. Horæ can.* [...] Auſon. *in ſum.* Dian. *eod. v. n. 12.* E[...] *ibi* citat Caiet. Medin. & Villalob. dic[...] dubitare, nec refert, quòd videatu[...] materia gravis, & quod dictum eſt [...]ctrina Vaſch. nã contraria opinio, [...] materia gravis poſſit obligare ſub [...]li tantùm, eſt magis cõmunis, mag[...] recepta, quam ſequuntur Suar. *l. 3.* [...] *c. 27.* Salas. *d. 6. ſect. 7.* Sanch. *in ſum. l.* [...] *& l. 1. de matr. d. 9.* Clav. Reg *l. 3. c. 7.* [...] *v. præceptũ. q. 3* & Navar. *in man. c. 23.* [...]

Neque

Neque etiam refert, quòd Prælati Regularium faciant de hoc ſcrupulum ſuis ſubditoribus, & ita dicant ipſis, quòd ſub mortali teneantur ad Horas, non enim tenebuntur; & ſi aliqui Prælati ita dicant, non deſunt qui aliter. Imò in his temporibus ferreis, quibus Prælati pro maiori parte non regunt ſua Monaſteria, ſed per rationes politicas prævalente ſapientia carnis contra Spiritum Dei, & Regulæ, ego puto meritò poſſe dubitari ... ſuper qua aliquis Superior facit ſcrupulum juniori fratri, niſi evidentibus rationibus dictum ſuum confirmet, ... quod ego hîc taceo multa relicta ... opinione peritiorum cenſuræ.

## DUB. XXIV.

*Revocentur in Tridentino privilegia, quæ aliquid concedunt Regularibus tempore Interdicti?*

Ad Cap. 14. ſect. 3.

### SUMMARIUM.

*Trid. iubet ſervari cenſuras ab Ordinarijs locorum poſitas.*

*... hoc putant aliqui revocari privil. ſed contrarium eſt tenendum* & 3.

*... illud Trident. non habet Clauſulas derogat. ſufficientes.*

*... cenſetur ſervari quando recipitur, ... certis diebus ſuſpendatur.*

*... declarationis Cardinalium.*

TRident. ſeſſ. 25. cap. 12. de Regul. ſic loquitur: *Cenſuræ & Interdicta, nedũ à Sede Apoſt. emanata, ſed etiam ab Ordinariis promulgata mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſiis publicentur atq; ſerventur.* Habent autem Regulares varia privilegia in hac materia, de quibus nunc quæritur, an ſint per illud decretum abrogata. Et reſpondet affirmativè Navar. *in man. c. 27. n. 190.* Et *conſ. 7. de priv.* Cui ſubſcribit Garc. *p. 3. de beneſ. c. 2 & p. 5. c. 8.* ubi dicit ita eſſe declaratum à S. Card. Congr.

Sed contrarium tenent Sayr. *lib. 5. de cenſ. c. 13.* Henriq. *lib. 13. cap. 48.* Peyrin. *to. 1. in expoſit. Bullæ 2. Sixti IV.* Joan. de la Cruz. *de ſtat. Rel. lib. 2. cap. 7. dub. 2. concl. 2.* Roder. *to. 2. qq. Reg. 112. a. 1.* Capuccin. *in add. ad Cæſar. v. interdictum 3. n. 3.* Medina & alij. Ratio eſt. Tum quia in decreto relato nullæ ſunt Clauſulæ non obſtantiarum, quæ tamen ab omnibus dicuntur neceſſariæ, ad hoc ut Tridentini decreta habeant efficaciam derogandi privilegijs. Tum quia Trident. aliud non quærit, niſi ut interdictum poſitum ab Epiſcopo ſervetur, ſatisfit autem ſufficienter huic intentioni quando recipitur, quamvis ſecundùm privilegia ſuſpẽdatur in certis diebus aut certæ perſonæ ad Divina admittantur. 3 4 5

Quod verò attinet ad declarationem Cardinalium, quam allegat Garcias, facit pro hac opinione, quia Cardinales non cenſuerunt omnia omnino privileg. tolli per decretum, de quo loquimur, ſed ea tantùm, quæ fuerunt obtenta ante Trid. manentibus ei poſthumis in ſuo vigore, unde quia poſt ipſum Trident. Pius IV. alijque Pontifices, confirmaverunt privilegia, quæ omnia, (etiam priùs extincta) per hanc confirmationem revixerunt, innovata ſunt, & de novo conceſſa, ideo poſſunt dici omnia Tridentino poſthuma, atque ideo ſecundùm prædictam declarationem non eſſe à Tridentino abrogata, aut ſi fuerunt, eſſe reſtituta, & uſum de præſenti licitum. 6

## DUB. XXV.

*Quæ ſint requiſita ad Sacrificium Miſſæ ritè celebrandum?*

Ad Cap. 17. §. 2. ſect. 3.

### SUMMARIUM.

1 *Ad Miſſæ Sacrificium requiruntur ſacræ veſtes.*
2 *Quæ, quot & ex qua Materia.* 6. & 7.

8 *Accipere veſtes in Altari pro celebranda Miſſa, eſt ſolius Epiſcopi.*

9 *Miſſa non celebratur niſi in Altari lapideo, tecto tobaleis.*

10 *Altare quot debeat habere mappas, & quales & ſeq.*

12 *Ad Miſsā debet ſuperponi Altari imago Crucifixi.*

13 *Et ſufficit ea, quæ in tabella canonis pingitur.*

14 *Requiritur item ignis, qualis, & quot candelarum & ſeq.*

20 *Calix & patena, ex qua debet eſſe materia.*

24 *Et an per applicationem ad ſacrum Myſterium acquirant benedictionem.*

25 *Calix debet habere pallam, & qualem.*

26 *Ad Miſſam requiritur Miniſter, quotuplex, & cuius ſexus & ſeq.*

39 *Ad Miſſam poteſt adhiberi cantus, & ſub quibus circumſtantiis.*

32 *Ad Miſſam poteſt adhiberi ſuffitus, & qualis.*

33 *In Miſſa Defunctorum & apud Regulares, pax non debet dari.*

34 *Dum Horæ dicuntur in Choro, Miſſa privata non dicitur in Altari.*

35 *Dum celebratur ſolemniter. Euchariſtia non debet eſſe in Altari.*

37 *Tempore divinorum Officiorum Laici non ſunt admittendi in Præsbyterio.*

38 *Simplex Sacerdos non debet dicere Miſſam in Altari, in quo eam dixit Epiſcopus.*

REferuntur *ibi* ut in §. *præced.* varia privilegia, quæ dant facultatem celebrandi Miſſam in quolibet loco, ante lucem, poſt meridiem &c. ſed (ut in illis locis dixi) ſemper ſupponitur, ut ea habeantur & ſerventur, quæ ſunt neceſſaria ad tam altum Miniſterium. Nunc igitur, hîc quæro, quæ ſint illa? Omiſſis autem his, quæ ad eſſentiam Sacramenti & conſecrationis requiruntur ex parte materiæ, formæ, vel Miniſtri, & ex inſtituto Chriſti.

1 Requiruntur *primò* ex inſtitutione Eccleſiæ veſtes ſacræ. *c. veſtiment.* [...] *de conſ.* Tot nimirum, & quales hab[...] Sacerdos, quando fuit ordinatus. *c.* [...] *ſiaſtica. d. 23.* Et quæ ſint Benedicta, [...] *veſtimenta.* licèt Scot. & Ricard. [...] tat & ſequitur Angel. *v. Miſſa. nu.* [...] cant ex conſuetudine non benedic[...] gulum, ſed ego puto nunc contra[...] conſuetudinem inoleviſſe. Puta[...] tem Navar. *in ſum. cap. 25. n. 84.* Co[...] *quæſt. 83. de Sacram. a. 3. dub. 3.* Hur[...] *de ſacrif. Miſſ. diſſ. 11.* Suar. *d. 72.* [...] Fernand. *in exam. p. 3. c. 5. §. 13.* [...] tale celebrare ſine aliquo ex dictis [...] mentis, excepto periculo mortis, [...] go. Laym. Filliuc. Diana & alij [...] docent poſſe Sacerdotē in neceſſita[...] lebrare ſine aliquo ex minoribus, [...] ſtola vel manipulo. Vel ut dicũt Pa[...] *4. d. 13. q. 2.* March. *de ſacr. Ord. tract.* [...] *cap. 14.* Armill. *v. benedicere.* Co[...] Suar. Fernand. & Navar. citati. S[...] plicare ſtolam pro manipulo, aut [...] pulum pro ſtola, aut ſtolā pro c[...] vel ut monent Lamas *in meth. p. 3.* [...] Armil. & Coninch. *citati.* uti al[...] ipſorum quod non ſit adhuc bened[...] An autem omnibus ſimiliter non [...] dictis? Marchin. *in cap. 14. cit.* re[...] quos tenere licitum in neceſſitate, [...]

Et debent ejuſmodi ornamenta [...] materia nova, quæ profanis uſibu[...] dum ſervierit, ſecundùm Gloſſ. *c.* [...] *tiarum. d. 1. de conſ.* Sed Angel. *in* [...] *veſtis.* Diſſentit ab hac Gloſſa. Et [...] affirmat fuiſſe per conſuetudinem [...] gatum canoni. Quin & Caſar *v.* [...] *ra. num. 6.* refert privilegium, quo [...] IV. conceſſit Minorib. facultatem [...] vertendi in uſus Eccleſiæ veſtes pro[...] à perſonis ſæcularibus, ſibi oblatas.

Et poteſt quidem Epiſcopus acc[...] veſtes ſacras de altari, ſeu ſeipſ[...]

dicere

bere in illo, ſed non ſimplex ſacerdos ut S. Cardin. Congreg. declaravit an 1608. die 7. Iul. & refert inter alios Barboſ. *in collect. bull. v. Epiſcopus. 5.*

Requiritur *ſecundò* Altare ſaltem portatile *cap. ſicut non alii. d. 1. de conſ.* Quod debet eſſe lapideum, & conſecratum. *c. altare, ſi non, & ſeq. eod.* Et tectum mappis, ſeu tobaleis, ex lino, vel canabe, non verò ex ſerico, lana, aut alia materia textis *c. conſulto. eod.* Quæ quidem vſq; ad 4. numerantur, in *c. ſi per negligentiam. eod. d. 2.* Sed Armill. *v. miſsa.* Sylv. *v. corporalia.* Laym. *in theol. mor. lib. 5. tractat. 5. cap. 6.* Suarez *d. 81. ſect. 6.* S. Antonin. Scort. Henriquez & Alij dicunt, duas ſufficere. Fernand. vero *in exam. p. 3. cap. 5. §. 11.* Coninch. *d. 3. cit. dub. 2.* Roſell & alij putant, ſacerdotem poſſe eſſe contentum unica in duo plicata, cui corporale ſuperſternatur, Quin & Angel. *v miſsa. nu.* 35. & Laym. *citatus.* affirmant ſatis eſſe ſi unica etiam ſine plica habeatur, quando Miſſa neceſſitat, aut non poteſt omitti ſine ſcandalo, licèt ſecus dicendum ſit, caſu quo ſacerdos velit ex ſola devotiõe celebrare.

An autem debeant benedici ejuſmodi tobaleæ (ita ſatis apertè videtur ſignificari in *c. cit. conſulto.* in quo exigitur ut linteus, in quo conficitur Corpus Chriſti, ſit conſecratus. Sylv. tamen *v. benedictio* Filliuc. *to. 1. tract. 5. cap. 4.* Suar. & Fernand. *citati* affirmant, id non eſſe de neceſſitate, quia inquiunt, non invenitur in jure expreſſum. Ad *c.* verò *conſulto.* reſpondent, illud intelligi de linteamine, quod immediatè tangit corpus Chriſti, nempe Corporali, non de inferioribus. Sed certè cùm in pontificali habeatur diſtincta oratio pro benedicendis tobaleis & propria inde convincitur erroris hæc opinio. Bene autem in neceſſitate poſſet ſacerdos ſternere altari mappam non benedictam, & finito ſacrificio illam reſtituere profanis uſibus, ſecundùm Layman. *ſupracit.*

12 Requiritur *tertiò.* Imago Crucifixi altari ſuperpoſita, ut habetur *in cærem. epiſcop* Et non poſſe omitti ſine peccato veniali, quando poteſt commodè haberi Affirmat Hurtad *d. 4. de ſacrif. miſs. d. 9.* Non tamen obligare ſub mortali docent. Homobon. *de exam. eccl. p. 1. tract. 4. c. 15.* Marchin. *de ſacr. ord. p. 3. tract. 3. c. 12.* & quos *ibi* citat Suar. Diana, & Villalob. Sicut non refert, an ſit in plano picta, vel ex metallo ſeu alia materia exſculpta. Unde ego puto ſcrupuloſiorem fuiſſe Gavant. *in enchir. opiſc. v altare.* Ubi dixit nõ

13 ſufficere eam, quæ ordinarie pingitur in tabella Canonis Imò ex hoc quod DD. dicunt eſſe veniale ſi omittitur ab eo qui poſſet commodè habere, hinc ego infero, nec eſſe veniale, ſi non adhibetur quando non ita facilè poteſt inveniri & afferri, ſicut ego puto ſufficere nudam crucem, etiam ſi imago ipſius Chriſti ex ea pendentis non adſit.

14 Requiritur *quartò* Ignis & hoc ſub obligatione peccati mortalis ſecundùm Navarr. in *man. c. 25. num. 35.* Angel. *v. Miſsa. num. 35.* Fernand. *in exam. p. 4. cap. 5. §. 12.* Hurt. & alios per *cap. litteras. fin. de cel. miſs.* Ubi reus huius delicti mandatur Officio, & beneficio privari. Fagund. tamẽ *tract. 1. lib. 3. cap. 21.* Villalob. *in ſum. p. 1. tract. 5.* & alij apud Dian. *infracit.* tenent eſſe licitum celebrare ſine igne, in magna & urgenti neceſſitate.

15 Regulariter autem ignis adhibendus in miſſa debet eſſe duarum candelarum de cera, pro ſimplici ſacerdote, ſed pro Epiſcopis 4. ut habetur *in eorum cærem.* ſeptem verò quando põtificaliter celebrant de quo habetur figura *apoc 1.*

In

16 In neceſſitate autem, ſacerdos poteſt eſſe contentus unica, ſecundùm Nugn. *3. p. quæſt. 83. art. 3.* Graph. *1. p. deciſ. lib. 2. cap. 42.* & Suar. *d. 81. ſect. 6.* Aut etiam
17 lampadem ex oleo poteſt adhibere, ſecūdum Filiuc. *tom. 1. tract. 5. cap. 4.* Dian. *de cel. miſſ. reſ. 57. 67. & 68.* Marchin. *de ſacram. ord. tractat. 3 p. 3 cap. 12.* ubi pro hoc citat Suar. Fagundez, Laym. & alios. Lugo *d. 20. de euch. ſect. 1.* ubi allegat Graph. Nugn. & alios Barboſ. *de off. & pot par. cap. 11. num 44.* Et apud ipſum Aſor. Zanard. Pitigian. & alii. Gaſp. Hurt. *d. 4. de ſacrif. miſſ. d. 9.* Fernand. *§. 12. cit.* Addit Laym. *in theolog. mor. lib. 5. tr. 5. c. 6.* Auſon.
18 *in ſum. v. celeb. miſſ. num. 19.* Pitigin. Aſor. Graph. Diana Homobon. fas eſſe apponere candelam ex ſævo. Quibus conſentiunt Barbos. & Hurt. citati, etiam pro caſu non magnæ adeò neceſſitatis. Addo
19 ego, quòd ubi neque cera, neque oleum, neque ſævum habetur, poſſet accendi ignis ex ſimplicibus lignis, quia licèt uſus ferat, ut accendantur candelæ, attamen *in c. ſane. & c. litteras de celeb. miſſ.* non fit mentio niſi ignis abſq; ſpecificatione, vel determinatione. Ergo in neceſſitate ſufficit qualiſcunque. Et facit ad hoc Gloſſ. *in c. cit. literas.* Ubi loquens de igne requiſito in miſſa, probat ejus neceſſitatem, adducto exemplo, & figura ignis, qui ſemper ardebat in altari holocauſtorum, qui non alebatur, niſi lignis aſſiduè ſubiectis.
20 *Quintò* Requiritur Calix, & Patena, quæ quidem olim erant lignea, deinde decreto Zephirini Papæ vitrea. Ac tandem ſuccreſcente in Eccleſia decore, cõſtitutione Vrbani item Papæ facta ſunt argentea, uti videre eſt *in c. vaſa. d. 1. de conſec.* Et cùm fortè hæc conſtitutio non fuiſſet univerſaliter adhuc recepta, aut tam cito ad praxim adducta, Iterum in Concil. Rhemenſi ſub Eugen. III. can. ſancitum fuit, ut calix & patena pro ſa-rificio miſſæ, ſint ex auro, argento, ſtanno; non autem ex ære, ferro, au-chalco, ligno, vel vitro *c. ut calix. d. 1. de conſ.* Non inquam ex vitro, propter fra-gilitatem, non ex ligno, quia ſangu-imbibitur, & non poteſt plenè purifi- non ex ære, aut aurichalco, quia pro-cat vomitum, non ex ferro, vel plum- quia procreat eruginem. Et ſic relin-tur, ut fiant ex purioribus metallis, qu- tamen intelligitur de ſola cuppa cali- in qua ſanguis recipitur, nam quan- ad pedem nihil prohibet ex alia mate- fieri, ob rationem in oppoſitum, qu- hil tangit. Et quidem Diana *tract. 14 59.* ait Calicem acquirere conſecratio- per contactum ſacrarum ſpecierum forte non conſecrato ſacerdos utere- negat verò Fagund. *de præc. eccl. p. 1. 3. cap. 21.* Sed ego puto vtramque opi-nem probabilem.

Requiritur 6. Palla *c. altar. palla. d. 1. d-* Quæ debet eſſe linea ex parte infe- qua tangit calicẽ, ut notant Suar. La- Vaſch. & Coninch. Sed quantùm ad p- tem ſuperiorem, nihil prohibet fieri ornari ſerico, auro, lapidibus preti- ſecundùm opinionem & praxim, qu- Rodriq. & Hurt. dicunt, ſe non au- improbare.

Requiruntur *ſeptimò* duo aſſiſtentes *hoc quoque. d. 1. de conſ.* Quod intellig- ſi miſſa fuerit publica, ſeu ſolemnis- cundùm D. Tho. *quæſt. 83. a. 5. ad 12.* mill. *v. miſſa n. 5.* Angel. *eod. v. n. 38* autem uſus induxit ut unus ſufficia- Poſſevin. *de offic. cur. c. 2.* Auſ. *in ſum. celebr. miſs.* Et quem *ibi* cit. Villalob- cunt, ſufficere unum, qui urceolos p- rigat, licèt non ſciat reſpondere.

Debetq; is miniſter eſſe ſexus vi-

cap.

*..p. 1. de cohab. cler. & mul.* Nugn. tamen *..in 3. p quæſt. 83. a. 6* dicit poſſe admitti ..minam, in magna neceſſitate v. g. in ..feſto, ut ſatisfiat præcepto Eccleſiæ, ..pro communicando infirmo. Sed hãc ..pinionem reijciunt Sot. *in 4. d. 13.* Suar. *..ſect.* 1. Barb. *de off. & pot. par. c. 11. num.* ..Armil. *v. miſ. nu. 5.* Auſon. *in ſum. v. ce-..miſ. n. 21.* Hurt. *d. 12.* Sylveſt. Cunha. ..gund. Coninch. Fernand Villalob. & *..per c. veſtimenta. d. 1. de conſec.* Et jam ..damnata fuit primò à Sothere Papa, ..decretum habetur in *c. ſacratas. d.* .. Ac ſecundò à Gelaſio item Papa, ut vi..re eſt in *cap. 26.* inter ejus decreta. ..od tertio loco iñovavit Zachar. item *..in epiſt. ad Pipin. epiſc. abbates, & proceres ..orum in reſp. ad 5. dub*

..n verò liceat aliquando ſine omni ..iniſtro celebrare? Nullo caſu id conce..nt Hurt. *d. 4. de ſacrif. miſs. d. 12.* & quos ..citat Vaſch. & Bonac. Sed Graph. Syl.. Squillante. Homobon. Fagund. Ro.. Aſor Poſſevin. Suar. & Villalob. ..os citat & ſequitur Barboſ. *de off. & pot. ..c. 11. num. 40.* & Marchin. *de ſacr. ord. ..3. p. 3. cap. 15.* dicunt eſſe licitum ..rocho in die feſto, ut celebret miſſam ..populo, vel in magna aliqua neceſ..tate v. g. pro communicando infirmo. ..mo vtroq; caſu, non tantùm Paro..cho, ſed etiam cuilibet alteri ſacerdoti, ..permittit Filliuc. *to. 1. tract. 5. cap. 6.* Quin etiam Gloſſ. *cap hoc quoq. cit.* Sot. *in 4. d. 13.* Graph *lib. 2. deciſ. cap. 42.* Laym. ..alij apud ipſos, tenent poſſe Eremitam celebrare ſine miniſtro. Quod Filliuc. *ci..* ..m admittit pro ſolemnitatibus maio..rib. Marchi. pro omnibus diebus feſtis, ..communicando ſocio.

..q; hæc quantùm ad requiſita ad ſac..rificium miſſæ ritè celebrandum, cæte..rum pro uberiori inſtructione placet hîc nonnulla addere in quibus ego interdum animaduerti peccari.

Et *primum* eſt, quòd dum miſſa celebra- 30
tur poteſt adhiberi cantus, non ſolùm vocalis & humanus, ſed etiam organorum, & inſtrumentorum Muſicorum, modò tamen vitetur omnis laſciviæ ſpecies, ut monet Trident. *ſeſſ. 22. c. 9. de obſer. in cel. Miſſ.* & nunquam cantetur ſeu ludatur ſolis inſtrumentis ſed voce humana ſimul.
Et præcipuè Symbolum, Gloria Patri. 31
Primus & ultimus veſtus Hymnorum aut ea, in quibus flectitur, ut diſponit Cærem. Epiſc. (*) Et notat Navar. *de Hor. can. c. 16. n. 42. & 43.* Et Bonacina item *de hor. can. d. 1. quæſt. 2. §. 1.* ubi ait moris eſſe, ut id alta voce ab aliquo recitetur in Choro, quod ab Organo luditur.

Quod in Miſſæ ſacrificio poteſt adhi- 32
beri ſuffitus aromatum ſuaveolentium; verùm id ſemper venit obſervandum, ut de ſolo thure major quantitas cremetur, quàm de omnibus alijs ſimul, ut habetur *in cerem. Epiſ.* quia ſolum thus offertur, fit autem denominatio à maiore parte.

III. Quod in Miſſis Defunctorum vel 33
quæ celebrantur à Regularibus ſpeciale eſt, ut pax non detur ſecundùm Gloſſ. *c. pacem. d. 2. de conſ.* & Nald. *v. Miſſa. n 16.* Conſuetudo tamen variat.

*Quartum.* Quòd dum Horæ Canonicæ 34
celebrantur in Choro, non debent dici Miſſæ privatæ in Altari maiori ex declaratione Congregat. Cardin. ſub die 2. Maij Ann. 1620. quam inter alios refert Barboſ. *in collect. Bull. v. Miſſa* primo.

*Quintum.* Quòd dum celebratur ſolem- 35
niter in Altari maiori S. Euchariſtia, nõ debet in eo remanere expoſita, ſed aſportari ad aliud, nè impediantur cæremoniæ, quia tunc non poſſet Prælatus ſedere, neque uti mitra. Fallit tamen pro 36

(*) Cap. in Sancta d. 92. Syno. trullana can. 75.

Feſto

Feſto Corporis Chriſti, vel quando fiunt Orationes quadraginta horarum, aut in ſimili occaſione, quia tunc non transfertur Euchariſtia, & Prælatus non ſedet, nec mitram ponit, ut habetur *in cer. Epiſc.*

37 *Sextum.* Dum Miſſa vel Officia divina peraguntur non debent admitti Laici in Choro vel Præsbyterio *c. Sacerdotum. d. 20. de conſil. & c. 1. de vit. & hon. cler.* (*a*) Imò neque civitatis Præfectus ſeu Gubernator, ſeu in Præsbyterio ex declaratione S. Congreg. rituum ſub die 10. Jun. Ann. 1602. ſeu in Choro ex alia eiuſdē ſub die 4. Jul. ann. 1615. ſublata hac in parte omni contraria conſuetudine. A fortiori autem idem dicas de fœminis uti ſtatuitur *in cap. 1. de cohab. cler. & mul.*

38 *Septimum.* Quòd in Altari in quo Epiſcopus celebravit, non debet ſimplex Sacerdos eo die celebrare *cap. fin. d. 2. de conſ.* (*b*) Verùm ſatis variant DD. in explicādo hoc canone. Nam Ugolin. *de off. & pot. ep. p. 1.* explicat de Altari, in quo Epiſcopus celebravit ſolemniter, fallit autem ſecundùm eundem, ſi privatim tantùm, & hoc videtur ſignificare illud verbum: *cantavit*, quo canon utitur. Alij explicant de die conſecrationis Altaris, in quo ſecundū Rubricas Pontificalis ſtatim poſt poſt conſecrationem Epiſcopus celebrat. Nald verò *v. Epiſcopus n. 31.* univerſaliter putat locum eſſe canoni, reſpectu cujuſcunque Altaris, vel quomodocunq; Epiſcopus in eo celebraverit, & ſecundùm hunc ſenſum S. Carolus Epiſcopus Mediol. in ſuo Concil. 3. Provinciali ordinavit ſervari canonem.

(*a*) Concil. 2. Turon. canon. 4. Sexta Synod. in trullo can. 96.

(*b*) Concil. Antiſiodor. can. 10.

## D U B. XXVI.

*An inducentes, vel admittentes puer[...] incapacem, in Monaſterium alterius ſex[...] cent, & incurrant cenſuras latas con[...] violantes clauſuram?*

Ad c. 18. n. 8. v. nota ſect. 3.

## S U M M A R I U M.

1 *Olim clauſura non obligabat Regular[...]*
2 *Sed ſucceſſivè hæc obligatio fuit eis im[...]*
4 *Inducens puerum in Monaſterium alter[...] non peccat ſecundùm aliquos, ſed [...] dùm alios.* 5.
10 *Maius aliquando ſubeſt periculum i[...] quàm in adulto.*
12 *Non tantùm peccant, qui ingrediuntur [...] ſterium alterius ſexus, ſed etiam [...] cunt, & admittunt.*

CErtum eſt, quòd in exordiis Or[...] Regularium nulla erat oblig[...] eis clauſuræ, licèt ſemper cum [...] cautela converſarentur, & perſo[...] ternas in ſuis Monaſteriis admitt[...] Paulatim verò ob diverſas cauſas [...] conſuetudine, tum ſtatutis & con[...] tionibus Conciliorum ac ſummor[...] tificum, abſoluta clauſura fuit [...] dicta pro perſonis alterius ſexus, [...] ejuſdem pro monialibus, niſi ſub [...] ſis conditionibus, aut ex privilegio [...] fieret ſecundùm dicta *in cap. 17. c[...]* toque cum rigore etiamnum id ob[...] tur à Monachis Abyſſinis, & Ba[...] incolentibus montem Athos, ut n[...] linas, oves, vaccas, aut ulla alia an[...] ſexus fœminei admittant in ſuis M[...] ſterijs. In quem modum in Franc[...] dam Epiſcopus prohibuit quib[...] Monialibus habere gallum cum ga[...]

Nunc autem quod ad dubium p[...] poſitum attinet, non defuêre, qui p[...]

rim[...]

…, non eſſe peccatum inducere aut admittere puerum doli incapacem in Monaſterium alterius ſexus. Ratio eorum eſt quia puer non peccat, quia ſupponitur incapax doli. Ergo nec illi à quibus inducitur aut recipitur. Et probatur conſequentia à pari, quia non peccant, qui puero miniſtrant carnes comedendas die prohibito, quia ille non peccat comedendo, ergo à pari quia non peccat ingrediendo Monaſteriū alterius ſexus, neque qui inducunt aut recipiunt.

Attamen ego contrarium teneo, cum Ugolin. *de off. & pot. ep. p. 1.* & (†) aliis infra citandis. Et ita anno 1321. Reynald. Epiſcopus Ravennas, cùm authoritate … 22 diverſa ſtatuta edidiſſet pro reformatione Ordinum Sancti Benedicti & Auguſt. in octavo prohibuit eadem authoritate, ne quis mulierem, aut *puellam cuiuſcunque foret ætate* induceret in clauſtrū, dormitorium, aut officinas Monaſterii. Tum … de Eugen. IV. in B. quæ incipit: *regularem vitam.* pro Monaſteriis Caſſinenſ. ſtatuit, ne in ea inducantur fæminæ *cuiuſcunque ætatis*, conditionis, ſtatus gradus, vel authoritatis. Et ita univerſaliter ab omnibus Regularibus obſervandum, docet Barboſ. *in collect. bull v. clauſur. mon.* ubi … ſic S. Cardin. Congregat. declaraſſe ann. 1585. die 12. Febr. Nald. *v. clauſur.* ubi affirmat Gregor. XIII. ita ſtatuiſſe ac præcepiſſe ſua conſt. quæ incipit: *Decori, & honeſtati.* Et Comitol. *lib. 6. reſp. mor. quæſt. 22.* ubi teſtatur Clem. VIII ſuper hoc conſultum, ſic reſpondiſſe, & confeſſe. Et ratio debet peti à fine prohibitionis, nam licèt non poſſit actualiter peccari cum puero, poteſt cogitatione, aut etiam aliis modis, quos & inimicus, & propria malitia ſatis ſuggerit. Et fortè ipſa innocentia, & ſimplicitas in puero, magis eſt aliquibus periculoſa quàm in adulto ætas, & prudentia. Et ita videtur Trident. voluiſſe *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 5.* ubi pro Monaſteriis monialium prohibet ne *quis illa ingrediatur cuiuſcunque ſit generis, conditionis, ſexus, aut ætatis* à pari intellige de Monaſteriis virorum.

(†) Bzov. tom. 14. Annal. Eccl.

11 Ad rationem verò initio allatam.

Reſpond. negando conſequentiam, & paritatem exempli, nam verum quidem eſt, puerum non peccare, qui comedit carnes die prohibito, ſicut nec qui illi miniſtrat comedendas: & ſimiliter verum eſt, non peccare puerum ingredientem Monaſterium alterius ſexus, ſed nego non peccare eum, qui inducit aut recipit, Ratio diſparitatis eſt, quia miniſtrare carnes, eſt de ſe indifferens, & non prohibetur ab Eccleſia, ſed tantùm comedere, unde is, qui (etiam adulto & peccanti) miniſtrat, non peccat (ſeclusis aliis circumſtantiis) ſaltem contra præceptum abſtinentiæ. At in caſu noſtro, non tantùm Eccleſia prohibet ingreſſum in 12
Monaſterium alterius ſexus, ſed ſimul, & æquè principaliter, ne quis talem perſonam inducat aut admittat; unde quamvis poſſit fieri ut nō peccet qui ingreditur, non tamen ſequitur non peccare, qui inducit, aut recipit. Et patet quia adultus, amens, aut ebrius non peccat, ingrediendo monialium Monaſterium, & tamen nemo dixerit, non peccaturas moniales, ſi admittant.

## DUB. XXVII.

### *An Iuſtum & tolerandum, ut in quibuſdam Monaſteriis non recipiantur, niſi Nobiles?*

Ad cap. 19. ſect. 3.

SUMMARIUM.

1 *Soli nobiles recipiendi in Monaſterio fundato pro nobilibus.*

2 *Verùm illi tantùm, qui poſſint & velint, ſervare obſervantias talis Monaſterii.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3 *Inter plures debet præferri Nobilis.*

4 *Quod aliqua Monaſteria fuerint affectata Nobilibus probant aliqui.*

5 *Author improbat.*

6 *Et olim fuit improbatum in Germania.*

7 *Affectatio Monaſteriorum pro ſolis Nobilibus, repugnat canonibus.*

8 *Cardinales & Pontif. aſſumpti ex vili ſtemmate.*

9 *Et Chriſtus in ſuum Collegium pauperes adlegit.*

10 *Salomon cum Regina habuit concubinas inferioris ſortis.*

11 *Et paterfamilias pauperes & Claudos juſſit colligi, & vocari ad Nuptias. 12.*

13 *In ſingulis elementis cum majoribus animantibus minora habitant.*

14 *Monaſteria ſimilia cœlo & paradiſo terreſtri. 18*

18 *Nobiles ex Filiis ſuis non tradunt Monaſteriis, niſi malè natos.*

19 *Monaſteria non poſſunt gravari nova conſuetudine.*

20 *Clerici & Monachi non poſſunt facere deteriorē conditionem ſuæ Eccleſiæ.*

21 *Affectatio Monaſteriorum pro Nobilibus eſt contra textum Regulæ.*

23 *Quamdiu durat ratio propter quam lex fuit inducta, non debet mutari.*

24 *Statuta contra jus commune, & Regulam non tenent, aut certè ſemper debent reſtringi. 37*

22 *Et fundantur in præſumptione falſa. 27. & 28*

25 *In Monaſteriis Nobilium olim indifferenter omnes recipiebantur.*

26 *In omni diſpoſitione ſemper intelligitur, ut non mutetur rei ſtatus.*

29 *In proviſione Canonicatus quidam dedit ſuffragium ſuo aſino.*

30 *Apoſtoli reprobant inter fideles acceptionem Nobilitatis. 31.*

32 *Filius ſequitur agnationem Patris, & ab eo ſolo trahitur Nobilitas.*

35 *Monachus comparatur ſervo, & in ingreſſu Monaſterij amittit Nobilitatem ſecundùm aliquos, acquirit ſecundùm alios. 36.*

37 *Statuta de recipiendis ſolùm Nobilibus ſunt nulla & illegitima conſuetudo ſuper hoc...*

38 *Pro quo quis laboravit, ab eo venit...*

39 *Nobiles petentes bona Eccleſiarum ... repulſi à Principibus,*

43 *Nullus textus invenitur in jure, qui ... lam Nobilitatem donandos eſſe No... Eccleſiaſticis.*

45 *Vera Nobilitas conſiſtit in dotibus ani...*

49 *In Monaſteriis Nobilibus affectatis, ... mitti non Nobiles.*

50 *Licitum ſemper redire ad jus commune.*

51 *Conditio deluſoria legis habetur pro ... ſita.*

52 *Quando lege cavetur, ut certæ condi... ſonæ præferantur, ſemper ſuppon... ſint idoneæ.*

HUic dubio ſolvendo præmitt... *mùm*, quòd ſi aliquod Monaſt... invenitur fundatum pro Nobilibus, ... tum eſt, ſolos Nobiles in eo poſſe ... quia ſecundùm *l. qui ſub prætextu. C.* ... *croſ. Eccl.* In Collegijs non ſunt ad... tendæ Perſonæ cujusvis conditi... niſi illius, cujus gratiâ ſunt inſti... Attamen (data etiam conditione) ... tacunque quis fulgeat Nobilitate, ... debet admitti, niſi poſſit & velit ... omnibus obſervantijs & exercitijs ... prijs tali Collegio, vel communibus ... dinis, cujus eſt. per *c. ſuper inordinat...* *Cler. ægrot. l. cit. qui ſub prætextu & l. ...* *de Collegiat. lib. 11.* (*)

(*) Talia Monaſteria in Germania pro No... bus fundat: teſtantur diverſa eorundem Chr... Vid. P. Bucel. *in ſua Aquil. Imper. Bened.* ... *Specul. Iurid.* & Beſold. *Theſaur. pract.* V. ... *Itemque de Nobil. Fundat.* Hermes. *in faſc.* ... *Publ. cap. 27. n. 5. 18. 38. & al.*

Quarum Fundationum rationes fuerunt ... veluti *primò*, quia certa obſequia ac ſervitia ... laria à Nobilibus acceperunt Fundatores. Se... Quòd Eleemoſyna in honeſtiores Pauperes ... majoris cenſeatur meriti cæteris paribus, ut ... S. Thom. *2. 2. q. 32. art. 3. ad 1.* *Terti...* nique digna obſervatu fuit imitatio Sapient...

ulæ Sanctiſſimi Pſaltis Regij, qui Chorum zit ex 24. non plebeis ſed Nobiliſſimis Regni Familijs de quo latè & eleganter Cornel. à Lap. *Paralip. c. 23. 24. 25. 20. & 27. nec non idem Apocal. cap. 4. v. 5.* Neque iſtiusmodi Funſacro Ordini eſt oneri, cùm ſit decori & uti rius in auro fulget gem̃a, ſic illuſtrior eſt in ribus virtus, *quod* ſi infrequentiùs *dicas* eſſe Virtutis cum Nobilitate connubium, rectè *in*ſingularem quoque hanc quorundam tantùm ſteriorum debere eſſe prærogativam, ſola tudine hîc ab Authore improbata non extenad alia, ut illorum ſint pauciſſima, aliorũ numera, ſicut *Salomoni Reginæ fuerunt tan. Adoleſcentularum verò non erat numerus.* hanc rem bene allegat Author hîc *n. 11.*

Præmitto *ſecundò*, quòd ex pluribus entibus locum in uno Monaſterio, in non poſſunt omnes recipi videntur ceteris paribus) Nobiles præferendi ratione, qua Bald. *in l. nemini. C. de ad. diver jud* & Corſet. in *c. grandi. de ſupl. negl. Præl.* dicit Doctorem Nobilem eſſe præferendum non Nobili, quia in illo concurrunt duo tituli, in iſto verò unius, duo autem vincula ſuperant unum. *de treuga. & auth. itaque C. commun. de* qua ſimiliter ratione idem Bald. *& miles. ff. de excuſ. tut.* dicit Marchionem & Comitem præferendum alqui ſit tantùm Marchio.

4 Atque his hunc in modum præmiſſis, quod attinet ad dubium propoſitum, pro parte affirmativa allegantur *primò* conſuetudo, longa temporum ſerie obſervata, quæ videtur jus iſtud præſcripſiſſe Nobilitati.

*Secundò.* Allegantur ſtatuta communi conſenſu Abbatum, & Monachorũ talium Monaſteriorum ſuper hac re edita, ac deinde privilegijs Romanorum Pontif. & Principum temporalium confirmata.

Tum *tertiò*, congruentiæ non contemnendæ, nempe Nobiles interdũ depauperati, opes & vitam profundere pro Republica, & in ſervitio ſui Principis, unde viceverſa videtur debitum, ut Princeps eis concedat aliquot Monaſteria pinguiora, in quibus poſſint ſuas proles collocare, & hac ratione ſuæ inopiæ ſubvenire. Item hoc videntur ſuadere omnia jura, omnesque Doctores, qui unanimi conſenſu affirmant, rationem eſſe habendam Nobilitatis, in quibusvis proviſionibus, electionibus ac dignitatibus capeſſendis, ut *in cap. de multa, de præbend. & c. grandi. de ſupl. negl. præl.*

Verùm in contrariam partem eo, & 5
moveor *primò* authoritate DD. qui contrarium tenent, & ſtatuta, ac conſuetudinem id permittentem damnant, ut Navar. *cap. inter verba. 11. quæſt. 3.* Vbi dicit. *Hos qui volunt Nobiles tantùm ſibi convivere, debere reformare ſuos cogitatus, quia per votum paupertatis renunciant omni honori, ut vult D. Thom. 2. 2. quæſt. 186. a. 7. ad 4.*

Et Joan. Quint. Hædui in *cap. de multa. de præb.* Vbi poſtquàm allegatis diverſis juribus diſputavit, an per ingreſſum Religionis amittatur Nobilitas, ſic loquitur: *Hac ratione iura improbant, conſuetudines ac ſtatuta eorum, qui non niſi Nobiles in ſuum Eccleſiaſticum ſodalitium recipiunt.* Additque ita etiam tenere Panor. in *c. venerabilis. de præb.* Cùmque jam olim hic abuſus irrepſiſſet in Provincia Moguntina, Abbates memorabili hoc & cedro digno ſtatuto obſtitere in Capitulo celebrato Erfordiæ, in Monaſt. S. Petri An. 1456.

*Præterea* (inquiunt, ſtat 16.) *nonnulla* 6
*feruntur eſſe Monaſteria in noſtra Provincia, utriuſque ſexus, in quibus militares duntaxat & Nobiles ad Profeſſionem recipi conſueverunt, unde provenit diſſolutio & deſtitutio omnis obſervantiæ regularis ac totalis eorundem Monaſteriorum in ſpiritualibus & temporalibus ruina. Exquirant Viſitatores huius conſuetudinis rationẽ, & ſi privilegia allegantur diligenter ea examinent,*

*minent, ut veritate comperta, eiusmodi abuſus illatus poſſit aboleri, & indifferenter perſonæ aliàs idoneæ abſq; Nobilitatis reſpectu, deinceps ibidem profiteantur.*

7 Moveor *ſecundò*, quia ejuſmodi affectatio Monaſteriorum pro ſolis Nobilibus, repugnat ſacris canonibus, praxi Eccleſiæ & Sum. Pontif. decretis, ut inter alios notat Matth. Steph. *l. 1. de Nobil. c. 5. n. 68.* Nam ex uſu univerſalis Eccleſiæ & juris diſpoſitione, videmus quòd tam Nobiles, & quàm non Nobiles indifferenter ſemper admiſſi ſint ad quævis beneficia, & quasvis dignitates Eccleſiaſticas. (*) Vnde Corſet. *in c. grandi de ſuppl. negl. Præl.* Præmonito, quòd in Proviſionibus dignitatum ſæcularium habetur ratio Nobilitatis, ſubjungit & quærit, an etiã id obſervandum ſit in Eccleſiaſticis? Ac ſtatim allegata authoritate Gloſſ. & Ioan. Andr. in *c. quoniam vetus 24. q. 1.* reſpondet abſolutè quòd non. Et quòd in his *non attenditur dignitas ſed virtutum Nobilitas.* Et rurſus idem *ibid. Nulla ratione repelli debet plebeius qui aliàs ſit idoneus.* Additque ita procedere Gloſſ. in *c. cit. quoniam.* Ac pro hoc eſſe bonum textum in *c. venerab. de præb.* Vbi dicitur, quòd *non generis, ſed virtutis Nobilitas, vitæque honeſtas, gratum Deo faciunt & idoneum ſervitorem.* Facit ad hoc dictum Ioan. Ant. de Nigr. *in extrav. unic. de vit. & hon. cler.* Vbi hos, qui in Eccleſiaſticis faciunt acceptionẽ Nobilitatis, appellat *Indignos & Perſecutores Eccleſiæ.* Item & Hoſt. *in c. cit. venerabilis.* Vbi ait, quòd *in Eccleſia non pluris habenda eſt ſanguinis Nobilitas, quàm ſtercoris & fetoris.* Ad quæ conformiter Tiraquel. in *c. 20. de Nobil.* allegatis diverſis juribus affirmat. *Non valere conſuetudinem, quòd ſoli Nobiles recipiantur in Canonicos.* De qua Gloſſ. *in c. cit. venerabilis.* Hoc profert judicium, & dicit, *Hæc conſuetudo, quantumcunq; ſt… tenta & antiqua, non eſt obſervanda, quia in… libus non eſt habenda Nobilitatis ratio, ſed … cunque nati fuerint legitimè, dummodò bo… vitæ fuerint, admittendi ſunt.*

Et certè hiſtoria profert etiam ad ſ… mas Eccleſiæ dignitates Cardinalatus … Sum. Ponificatus indifferenter ſem… ut Nobiles, ſic & ignobiles fuiſſe … catos, ut Vrban. IV. Patre ſutore … ramentario, ut notat Bzov. *in annal. … to. 13.* Greg. VII. Patre fabro, ut refer… ron. An. 1073. Sixt. IV. Patre na… Nicol. V. Matre gallinaria natus. … quitur Majol, *in ſuis genialib. &c.* … Gloſſ. in *cap. quoniam vetus. 24. quæſt. …* fert, quòd cùm ſemel fuiſſet ſubo… diſſidium in electione Papæ (vole… bus ſine dubio electorum aliquibu… bere rationem Nobilitatis) unus di… *Piſcatori Petro, fabri filio, quæramus Suc… rem, non Auguſto Imperatori.* Quod di… notabiliter extollunt Hædu. *in c. … ta. de præb.* Corſet. *cap. grandi de ſupl. … præl.* Et alij per hoc oſtendentes, qu… Eccleſia & Proviſionibus Eccleſia… nulla debet eſſe acceptio Nobil… Quòd ſi non in his multò minùs i… viſionibus Monaſteriorum & Mon… rum receptione, in qua non deb… quærere Succeſſores Agamemnoni… Æneæ, non Scipionis, ſed Sylveſtri… lumbani, Æmiliani, Anſelmi humi… Monachorum.

Ad quod ſcitè notat Petr. Bleſen… 3. Quòd *in domo Iacob Spurii, pariter … timi* (hoc eſt Ancillarum & liberar… lij) *Funiculum hæreditatis æqualiter … ſunt, & communiter inter ſe, familiæ … dæ, iudicium dictaverunt Gen. 49.* Erg… qualiter omnes admitti debent in … naſterijs omnibus, cùm etiam S. Bene… ſua Regula non infrequenter memin…

(*) Indubitatum eſt quoniam honores Eccleſiaſt. ſanguinis non ſunt, ſed meriti. Concil. Roman. ſub Innocent. II. can. 16.

Patriar-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Patriarchæ Jacob, & ejus diſcretionem imitandam proponat Abb.

*Tertiò.* None ipſe Chriſtus regula omnis perfectionis, (& quem inter ſuos Abbatem egiſſe ait Tambur.) In ſodalitiũ ſuum, (quod fuit typus Familiarum religioſarum) paucos aut fortè nullos Nobiles adlegit, omnes verò, aut ſaltem plùres piſcatores & pauperes? Certè inter omnes, qui ſub antiqui teſtamenti figuris & umbris illum repræſentârunt, celebratur maximè Salomon, at quas ille in conſortium Regij ſui cubilis admiſit fæminas? An ſolas Reginas? Audi ex ipſomet, & Myſterium agnoſce.

*Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ & adoleſcentularũ non eſt numerus. can. 6.* Ergo ſi Ordines religioſi, ſi Monaſteria ſunt Regis æterni & Sponſi Chriſti thalamus, figuram compleat veritas, & ſi in illis admittuntur Nobiles, non excludantur ignobiles, quos formæ pulchritudo, hoc eſt animæ dotes, acceptos reddunt Domino. In lege verò nova, non raro idem Chriſtus Dominus aſſimilat ſe magno Patrifamilias. Sed in quo? In prudentia & ſtudio componendæ ſuæ familiæ, pro qua complenda mittit in ſepes, vicos, & plateas colligendis pauperibus, qui cœnam ſe paratã accipiant. At cujus ſunt Monaſteria, eorumve bona? nonne patrimonium Chriſti, & Crucifixi, non ergo ſolis Nobilibus debentur, ſed ſimul pauperibus & plebeis.

14 Sed placet per elementa ſigula diſcurrere, ut vel à mutis & irrationalibus creaturis, ut olim Propheta ab aſina erudiamur. Quid in aquis primùm intuemur? Ecce in mari Balænæ ingentes, & cæte grandia, ſed ſimul *reptilia quorũ non eſt num.*

15 Quòd ſi ab hoc elemento emergamus ad terrã, videbimus illam paſci à moloſſis, leonibus, elephantis, camelis & æquo jure, à lepuſculis, locuſtis, ſtellionibus.

An ſolis aquilis mater natura conceſſit aërem inhabitandum, nonne & paſſerculis & turdis ſpaciandum permiſit. Ipſe ignis, in quo ſalamandra dicitur vivere, fovet ſimul & alit pirautas, tenuiſſima animalcula. Quòd ſi tanto ſtudio nobilia pariter & ignobilia in ſingulis elementis, natura ſociavit, & convivere voluit, an non contra naturam peccat Nobilitas, quæ Monaſteria nec ſibi fundata nec dotata, quaſi propria vendicat, & non Nobiles ex his extrudit. 16

*Quintò.* Et quomodo de talibus Monaſterijs verificabitur nobile illud elogiũ SS. Patrum, qui tam communi conſenſu ædes religioſas aſſimilant cœlo & Paradiſo terreſtri? Nonne ut Soli & Planetis lucidioribus ſic & Stellis nebuloſis, locum ſuum in cælo dedit Deus? An Soli Gryphi, Pardi, Rinocerotes, Adamo convixêre in Paradiſo terreſtri? Num ſimul imbelles damæ, cuniculi, palumbes & cicadæ? 17

*Sextò.* Sed (quod Sanguineis foret deplorandum lacrymis) videmus, quòd in talibus Monaſterijs Nobilitas committit peccatum, quod nec in Judæis tolerare voluit Deus. *Non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad Miniſterium eius, ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel parvo, vel grandi vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi ſcabiem, ſi impetiginem vel herinoſus Levit. 21.* 18

En tibi quos à ſacris Miniſterijs olim arcebat Deus. Et quid nunc faciunt Nobiles? Si cui fuerit filius ſtolidus & ſtupidus, ſi claudus, luſcus, balbus, uno verbo, ſi malè natus, & mundo minùs aptus, hunc ad Monaſterium tradit; Aut ſi pluribus liberis abundat, horum partẽ, nullo interim habito Dei reſpectu, nullo vocationis facto examine, unde poſtea ſcan-

ſcandala & mala emergunt, quæ ſatius eſt tacere, quàm revelare? (*)

19 *Septimò* doctrina communis, quam inter alios tradit Angel. *v Monaſterium n. 7.*
20 Non poſſe aliquod Monaſterium gravari nova conſuetudine, ſervitio novo, aut onere per *c. ſcientes. de cenſ.* Et ut itē communiter tradunt DD. *in c. præterea, & cap. cùm Clerici eod. & c. nulli de reb. Eccl. nō alien.* Non poſſe Clericos aut Religioſos facere deteriorem conditionem ſuæ Eccleſiæ vel Monaſterij. At quòd Monaſteriorum conditio fiat deterior, quando affectantur pro ſolis Nobilibus, *patet ex decreto ſupra memorato Abbatū Provinciæ Moguntinæ, in quo dicitur, quod inde provenit diſſolutio, & deſtitutio omnis obſervantiæ Regul.* Ac totalis eorundem Monaſteriorum in ſpiritualibus & temporalibus, ruina, unde convincuntur Abbates & Monachi non potuiſſe hæc ſtatuta facere, aut recipere vel conſuetudines inducere, de non recipiendis niſi Nobilibus.

21 *Octavò.* Ejuſmodi ſtatuta, privilegia, vel conſuetudines ſunt contra textum Regulæ, & *c. ipſius.* 59 At in omni diſpoſitione, ſtatuto vel privilegio ſemper intelligitur excepta Mater Regula, niſi expreſsè illi derogetur. Ergo vel illa ſtatuta ſunt de ſe nulla, vel debent intelligi, ſic ut Regulæ non derogent, hoc eſt, quòd recipiantur quidem Nobiles, aut etiam præferantur cæteris paribus. Ita tamen ut porta non claudatur alijs, qui ſint ingenui & apti. Quia etiam ſi ad-
22 mitteremus valere dicta ſtatuta & privilegia, debent tanquam ſummè odioſa reſtringi, & ſic explicari, ut quàm poteſt minùs fieri derogent juri communi Regulæ juxta dicta *ſect. 1. c. 5. Reg. 2.* Aut certè ſi agitur de privilegijs Pontificijs, [...] minandus eſt ille Pontifex, qui ex Re[...] gula S. Bened. cancellavit caput 59. [...] ſi de cæſareis vel Regijs, qui ſit ille Re[...] vel Imperator. Qui in eandem Regul[...] jus ſe habere putavit facit quia ut no[...] Archid. *in ſum. d. 12.* Quamdiu dura[...] tio propter quam lex cōmunis fuit [...] ducta, & erat utilis, non poteſt neque [...] aliam abrogari, neque per contrar[...] conſuetudinem vinci, ſed potiùs vi[...] tur ab ea conſuetudo: Atqui ratio q[...] Regula, & S. Bened. jubet, ut indiff[...] ter omnes recipiantur, ſemper dura[...] ſemper durabit, nempe ob ſalutem [...] marum, bonum Ordinis & Monaſte[...] rum multiplicationem ſervorum [...] auxilium univerſalis Eccleſiæ & F[...] lium &c. Ergo per nullam legem [...] contrariam conſuetudinem potuit [...] diſpoſitio Regulæ de recipiendis in[...] ferenter omnibus abrogari in ullo [...] dinis Monaſterio. Facit item quia u[...] cent Ancar. *in cap. canonū. de conſt.* & c[...] muniter DD. *in rub. eod. & in ſſ. ad* [...] Statuta facta contra jus commune [...] tenent, atqui Regula in quovis Or[...] tenet locum juris communis, ut d[...] Joan à Neapoli. *quodl. 14. quæſt. 16.* G[...] *in jud. Regul. cap 13.* Averſa. *in modo* [...] *in cauſ. Regul. c. 7.* Ergo prædicta ſta[...] non valent per ea, quæ tractant N[...] *l. 3. conſ. 5. de Regul. n. 10.* Mirand. *in* [...] *to. 2. quæſt. 29. art. 5.* Barb. *de off. & po*[...] *2. all. 33. & p. 3. all. 93* Et Canon. *in c.* [...] *ſuper his. de ma. & ob. & c dilectus de tem*[...]

*Nonò.* Illa ipſa Monaſteria, quæ N[...] litas ſibi vendicat, nō ſunt pro illa f[...] data. Et olim indifferenter omnes [...] lis admittebantur, quo tempore [...] magis floruerunt. At in omni diſp[...] tione ſemper intelligitur, ut non m[...] tur ſtatus rei, & ejus fundatio. *l. nun*[...]

(*) Si quandoq; Nobiles ſunt Parentes, qui ex filijs ſuis ſtolidos duntaxat, & ſtupidos, aut malè natos Monaſterio ſolent offerre, hi tales certè nō tam malè agunt & inſipiunt, quàm ij, qui hujuſmodi filios & Mundo & Monaſterio minùs aptos recipiunt, & ad Profeſſionem admittunt.

ſ. de

ſ. de legat. 3. Ancar. c. nos. quidem. de teſta. mol. eod. Et in clem. quia contingit de rel. dom. Cardin. eod. Et Capit. nos quidē cit. Abb. in c. tua nobis. eod. Roch. in rubr. de jur. patr. verb. honorificum. & ſ. pro eo. Barbat. conſil. 23. num. 1. Et Panor conſ 99. volum. 2. Ergo ſtatuta & privilegia, quæ tam enormiter lædunt fundationem Monaſteriorum & fundatorum intentionem, attribuenda Nobilitati, ſunt de ſe nulla, à quacunque poteſtate emanaverint, ſive à Papa, ſive ab Imperatore, aut quovis Principe, quia hoc ipſo quòd expreſſè nō derogant fundationibus reputátur ſubreptitia.

Decimò. Hæc ipſa eadem ſtatuta, ſeu privilegia (ſi quæ tamen extant, cùm non fundantur) non fundantur, niſi in præſumptione, quòd Nobiles ſint ſemper inveniendi pro replendis prædictis Monaſteriis AdReligionem apti, & ad eam vocati (alias manifeſtæ iniquitatis convinceretur, qui vellet ineptos, & non vocatos eſſe intrudendos.) At quod iſta præſumptio ſit non modò dubia, ſed etiam falſa, & conſequenter inſufficiens ad juſtificanda privilegia, vel conſuetudines, de quibus agimus, experientia docet verum quidem eſt, quòd adoleſcens ſanguine Nobilis, deberet item animo & moribus eſſe Nobilis, ſed ad hanc præſumptionem iam dudum reſpondit Ariſtot. *1. polit. c. Natura vult, plerumque non poteſt.* Ordinantur quidā ad virtutem Nobiles à majore natura. *Et magnum virtutis adiumentum eſt, clarorum eſſe parentibus*, inquit Mantuan. verùm non raró ingemiſcentes contrarium experimur, ac plurimos Nobiles ſanguine, ingenio viliſſimos, moribus corruptos, & quod horret animus vel cogitare, Monachorum oſores, & Monaſteriorum prædones, ut vel propter injurias quas à Nobilitate patiuntur Monaſter, his prętenſis veniat ſpolianda.

Refert Ioan Andr. *in cap. grave. de præb.* 29
& Ioan. Ant de Nigr. *in extrav. unic. de vit. & hon. cler.* Quòd cùm quidam Canonici in varia vota ſcinderentur, circa cooptandos ſibi Concanonicos alios. Et tandem maior pars in hoc conveniſſet, ut quiſque ad præbendæ participationem ſibi cooptaret unum nepotem, vel conſanguineum, (modò nobilem.) Quidam nomine Romanus, ſtatim ad præbendæ ſuæ participationem, nominavit ſuum aſinum, dicens illum eſſe præferendum omni nobili, *ſemper ſervit Eccleſiæ* (inquiebat) *& damnū ei nunquam intulit, quod de nobilibus non poteſt dici.* Utinam autem & nos hoc aſinino concilio moti, eos ad monaſteria tantùm inducamus, qui poſſint, & velint in eis jugum obſervantiæ portare, non bona abligurire.

*Vndecimò.* Poſt tot jura, authoritates & 30
Doctores. En ego produco ſententiam duorum Apoſtolorum Pauli ſcilicet & Iacobi, quorum primus ſtultitiæ & vanitatis inſimulat, vel ſolos Chriſtianos, qui nobilitatis rationem ullo in negotio habeant. *Stultas* (inquit) *quæſtiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita. ad tit. cap. 3.* Alter verò hos eoſdem, qui nobilitatis acceptionem faciunt, appellat *Iniquarum cogitationum judices. in epiſt. can. cap. 2.* Quòd ſi vel in ſolis Chri 31
ſtianis crimen eſt nobilitatem accipere, ſi inquam inter Chriſtianos, (quos omnes fratres facit Chriſtus) criminalis eſt illa diſtinctio nobilium & ignobilium, quare erit ſacrilegium illam inter Religioſos obtrudere? Si ſtultum eſt genealogias, & lineas nobilitatis exquirere, allegare, probare, in negotiis temporalibus, quanta erit freneſis, & dementia pro occupandis Monaſteriis illas proponere! Per multas autem rimas ſe prodit hæc ſtultitia. Nam,

*Primò,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

32 *Primò* cùm filius ſequatur familiam, & agnationem patris, *cap. 2. de conu. infid. l. cum legitimè. ff. de ſtat. hom. & l. familiæ. eod. de verb. ſignific.* Tum quoad nomen *cap. Raynaldus de teſta.* Tum quoad conditionem. *cap. dicet aliquis 34. quæſt. 4. l. emancipatum. l. filium. l. liberos. ff. de ſenat. & l. nullus. prima Codice de decur. lib.* 10. Non ſine fundamento poſſet dici, ſtultum eſſe exa-
33 minare nobilitatem lineæ maternæ, cùm ſecundùm dicta non debeat haberi ratio matris in computanda nobilitate, uti & expreſſè docet Cæſ. de graſſ. *deciſ. 172* & Bald. *l. cit. liberas*, vbi ait reprehenſibiles eſſe eos, qui ſe matre nobili natos dicunt. Et Gloſſ. pragmat *titul. de collat. §. inſuper. v. utroque*, ubi notat, quòd impropriè quis dicitur, utroque parente Nobilis. Et ſequitur Alciat. *l pronuntiatio. ff. de verb. ſignific.* Et Tiraq. cap. 18. *de nobilit.* dicentes abſolutè eum Nobilem, qui patre nobili ſit natus, cuiuſcunque interim conditionis fuerit mater.

34 Quòd ſi fortè quis inſtiterit, & matris rationem eſſe habendam in computanda Nobilitate. En per aliam rimam ſe prodit ejus ſtultitia. Nam cùm jure matrimonii, nobilitas viri comunicetur vxori. *l. fin. Codice de incol. lib. 10. & l. mulieres eod. de dignit. lib* 12 Certè vtroq; parente Nobilis dicetur, qui á patre Nobili procreatus fuerit, quamvis fortè à matre ante nuptias plebeia.

35 Quidquid autem ſit de hac difficultate. Certè plurimi DD. aſſimilant Monachatū ſervituti, capitis diminutioni, imò & morti. ut Gloſſ. *cap. multos. d. 54.* Niconit. *cap. quoniam. de probat. p. 2. num. 234.* Innocent. *cap. cum olim. de privil.* Bald. *l. 1. ff. de ſtip. ſerv & l. cum hæredes. eod. de acquir. poſſ.* Accur. & plures alii. At morte omnia ſolvuntur *l. 1. Codice ſi reu. vel accuſ. mort. fuer.* Et valet argumentum à morte civili ad naturalem. *cap. 1. & 2. 16. q* ... *l. Deo nobis Codice de ep. & cler. & Auth.* ... *mulier eod.* Et Nobilitas amittitur per ſer- vitutem, & capitis minutionem. Ergo per ingreſſum Monaſterii, ut expre... tenet Gloſſ. *in cap. ſcripſit 27. qu. 2. ca.* ... *quæ de ſtat. mon. & cap. 1 de purg. can.* Q... ſtultum eſt igitur diſputare de Nobilita- te, & Nobilitatem exquirere in eo q... turus eſt Monachus, quam omnem ... ſo monaſterii ingreſſu amiſſurus e... quam ſervus, tanquam capite dimi... tanquam mortuus.

Sed eſtò quòd Nobilitas non amitt... per Monachatum, ut affirmant Co... *in cap. grandi de ſuppl. negl præl.* Iaſ. ... *ſcriptione Codice ſi cont. jus vel util. publ.* ... boſ. *in collect. ad l. cit deo nobis.* Tiraq. ... *26. de nobil.* Læſana *in ſum. qq reg. tu.* ... *pit. 3.* Imò quòd econtra acquiratur i... ſo ingreſſu Monaſterii, (vt ego di... expreſſè inter alios docent Felin. *ca* ... *deputati. de judic.* & Rebuff. *cap.* ... *de cler. exc.*) Attamen hîc ſe alia ape... ma, per quam apparet ſtultitia e... qui in futuro Monacho deſideran... exiſtentem Nobilitatem quam ſta... ipſo Monaſterii ingreſſu confec... eſt. Ut quid ergo de Nobilitatem ... diſputatio, quam vel in ingreſſu M... ſterii amittimus, ſi priùs habuimus ... dùm priorū opinionem, aut acqui... ſi non habemus, ſecundùm poſter...

II. Ad ea verò, quæ in initio ... Nobilitatis ſunt allegata.

Reſpond. *primò*, quantùm ad ſta... non recipiendis niſi nobilibus e... jure nulla, ut conſtat ex dictis. P... gia verò horum confirmatoria, (... habentur) eſſe ſub- & obreptitia, ... patet ex dictis. De conſuetudine ... idem dico, & eſſe illegitimam. E... cet expendere ea, quæ communiter ... dicunt

dicunt eſſe neceſſaria ad conſuetudinem
ſtatim apparebit, hæc, iſti deeſſe, niſi
placeat abuſus noſtros, noſtraſque cor-
ruptelas ſpecioſo conſuetudinis titulo
cohoneſtare. Ut interim non taceam,
quòd conſuetudo quæ inducit, & fovet
abuſum (ut iſta) nunquam præſcribit cō-
tra legem. *Codice quæ ſit longa conſu.* Quia
male adinventa, malique mores, nullo
tempore confirmantur *cap. 1. & cap. fla-*
*gitia 22. quæſt. 7. & auth. ut nulli jud. coll. 9.*
Quin potiùs, tantò graviora ſunt crimi-
na, quantò per longius tempus vſurpata.
*cap. de eo qui in matr du. quam per ad poll.*

Ad primam Congruentiam

Reſpond. juſtum eſſe, ut pro quo quis
laboravit, ab eo recompenſetur, qui pro
Republica, à Repub. qui pro Rege à Rege.
Sed falſum eſt, poſſe Regem officia ſibi
impenſa recompenſare de bonis Eccleſię,
& Monaſteriorum. Qui ſervit altari (in-
quit Apoſtolus) debet de altari vivere.
Ergo à pari qui ſervit ſuo Regi aut Rei-
pub. de bonis Regis, aut publicis. Unde
refert Bzou. *in annal. Eccl. tom. 15.* (a)
Quod anno 1404. In Anglia tempore
Henrici IV. Regis, cùm poſt longum &
periculoſum bellum, milites, & Nobiles
agente quodam Ioanne Cheyne, pete-
rent à Rege recompenſationem ſuper
bonis Eccleſiaſticis, & allegarent ſe Hen-
rico coronam aſſeruiſſe, pro ejus & regni
ſalute, facultates ſuas, & vitam expo-
ſuiſſe, otioſis interim domi Clericis, &
Monachis, petitione in deliberationem
propoſita Thomas Arundel. Archiepiſc.
Cantuar. viriliter Nobilibus reſtitit, &
contra eorum accuſationem ac rationē
oppoſuit, quòd quin imò ſuo modo Cle-
rici, & Monachi ſerviunt ſuis Regibus
peroptimè, non tantùm pendendo eis
decimas, & ferquentia donaria, ſed etiam
commendando apud Deum aſſiduis pre-
cibus, & ſacrificiis, quæ ſunt arma ſpi-
ritualia, & potiora, quibus non rarò pa-
rant illis illuſtres, & inſperatas victorias;
cachinum excitavit Cheynio & ſuis No-
bilibus reſponſum, & mentio armorum
ſpiritualium, ſed Rex ut erat verè Chri-
ſtianus, verba Arundelii pro ſuo momē-
to ponderavit, in ſecretiori ſuæ conſciē-
tiæ foro, & Nobiles ſua petitione exclu-
ſit. (b) Et ſimiliter S. Ildegard. & Sur. *in*
*vit. S. Diſibodi*, & poſt ipſos Baron. *to. 9.*
*an 789. num. 1.* narrat, quòd cùm tempo-
re Caroli Magni ſimilis ſeditio fuiſſet ex- 40
citata à Nobilibus & militibus, affirman-
tibus ſe in ſumptus belli indigere pecũiis
quas Monachi ſuperfluas poſſidebant, &
ad pompam. Compeſcuit eos Carolus di-
cens, bona Monaſteriorum eſſe oblata
Deo, de quibus ſi monachi abuterentur,
ſine dubio eſſent eidem Deo rationem
reddituri, interim verò ſe non audere in
ea manum extendere. Et bene certè. Nā
quàm ſit periculoſum Principibus emun- 41
gere bona Eccleſiarum, quamvis in ſump-
tus legitimos, & bella juſta expendenda
demonſtrat damnatio Caroli Martel. præ-
dicti Magni avus, de quo Sur. *in vita S. Ri-*
*gob. 4. Ian & S. Eucherii 20. Febr.* Et Epiſco-
pi Galliæ *in epiſt. Synodi apud Cariſiac. celeb-*
*ratæ an. 858. directa ad Ludov. Regem Ger-*
*man c. 7.* quod vtinā alii ſeriò cogitarent.

Sed amabò, quis nunc Nobilis, quis 42
miles, ſervit ſuo Regi aut Reipub. *Omnes.*
(ait Apoſt.) *quæ ſua ſunt quærunt.* Si quis
Nobilis arma capeſcit, quid ambit, quid
quærit? prædam, famam, promotionem
de Rege, vel bono publico, ne cogitat
quidem, niſi ut hoc ſpecioſo prætextu, fas
& nefas omni modo & libidine impunè
tentare, & perpetrare queat. Certè ſic
hodie plurimi ſuis Principibus ſerviunt

(a) Vide Concil. 2. Vernenſe can. 12. Rayn. in Apoſt. tract. 2. ſec. 4. fol. 72. ex Valung. hipodidag. Neuſtriæ.

(b) Vide aliud ſimile exemplum Religioſi Princip. nempe Othonis 1. Imper. apud Bar. t. 10. an. 939. n. 2.

in bello ut eorum opera graviſſimis veniant compenſanda ſupplicijs. Hoccine amabò, eſt ſervitium Regi acceptum, populari alios ejus ſubditos, templa violare, ſacras moniales ſtuprare? Sacerdotes jugulare, Monaſteria flammis abſumere? *&c.* Et tamen horum exempla ſuppetunt, & patent omnibus, per quæ ira Dei ſuper caput Regis evocatur, & hoc eſt in quo multi ei ſerviunt.

48 Ad ſecundum Congr. R. Quòd quidquid ſit de dignitatibus, & officijs temporalibus, (de quibus nobis nullus hîc ſermo) nullus textus poteſt allegari, qui apertè convincat in favorem Nobilium, & eos ratione ſolius nobilitatis eſſe privilegiandos in Eccleſiaſticis. Nam quantùm ad *cap. de multa.* ubi dicitur *ſublimes perſonas*, eſſe maioribus beneficijs honorandas. Scribit *ibi.* Hoſt. *ſublimes* dici potiſſimùm *ex moribus*. Et ſic non habet Nobilitas, quòd hunc canonem detorqueat in ſuum favorem. Quòd ſi cui minùs arrideat expoſitio Hoſt. debet attendere, quòd textus non dicit, ſolas ſublimes perſonas eſſe maioribus beneficijs honorandas, ſed *ſublimes, & litteratas.* Ex quo ſaltem evincitur, non ſolos Nobiles eſſe recipiendos in noſtris Monaſteriis, ſed de pari, & æquo jure litteratos, & eſſe contra mentem canonis, quòd ſoli Nobiles recipiantur. Per litteratos verò non fortè erraverit, qui dixerit, intelligendos tam de potentia, quàm de actu, hoc eſt adoleſcentes, boni ingenij, de quibus ſpes adſit, poſſe in ſtudijs proficere.

44 Solet ab alijs allegari *c. conſtitutis. 49. de apell.* Ubi videtur textus habere rationē Nobilitatis in proviſionibus Eccleſiaſticis. Sed remitto Lectorem ad Gloſſ. quæ ubi allegatis diverſis juribus intulit, præferendos eſſe Nobiles, ſtatim ſubdit, & ſolvendo concludit, verum eſſe, *cæteris paribus.* Hoc eſt quòd, quando duo c[…] currunt, & Nobilis invenitur æquè b[…] dotibus inſtructus, debet præferri, […] falſum eſt, quòd ratione ſolius No[…] tatis, ſi plebejus, potioribus animi […] bus polleat. Eademque proportione […] ſpondeo ad *cap grandi.* in initio alleg[…] Nam & *Bald. l. in dando. ff. de tut & c[…]* cit, quòd in promovendis Clericis N[…] litas non ſupplet litteraturam.

Quin etiam in omnibus alijs neg[…] & reb. *Cign. l. providendum. C. de p[…]* Barbat. *in extrau. volentes.* Generali[…] cunt, Nobilem *moribus præferendum […] bili ſanguine. Vnde Orator romanus,* […] Saluſt. Sanctius eſt me meis fulger[…] ribus, quàm maiorum opinione n[…] hæc fuit ſententia Stoicorum, quam […] ſtea profeſſus eſt Ariſtot. *in 3. polit.* […] tradit Pegius in *tract. de Nobil.* veram […] bilitatem in ſola virtute & animi […] bus conſiſtere, & omni alteri eſſe p[…] rendam, quia fundatur in digniori p[…] cipio. Unde.

Iuvenal.

*Tota licèt veteres exornent undique ce[…]*
*Atria, Nobilitas ſola eſt, atque unica […]*

Et Ovidio.

*Non cenſus nec clarum nomen Avorum,*
*Sed probitas magnos, ingeniumque fa[…]*

Conducit ad hoc, quod ait Barth. […] *1. C. de dignit. lib. 12.* Nobilitatem […] nos inventam eſſe per proportio[…] ejus, quæ eſt ad Deum, quam per ſo[…] virtutem & probos mores conſequi[…] ut docet S. Hieron. *in epiſt. ad Celan[…]* de & Demoſt. *1. Olinth. Bonus vir […] mihi Nobilis, qui verò non iuſtus eſt, licèt […] genus ducat, ignobilem cenſeo* Et hoc eſt q[…] voluit Ariſtot. *5. polit.* Cùm dixit, […] virtus & malitia determinant Nobiles […] ignobiles, plus ait Gloſſ. *in cap. […] d. 56. per l. ſocietates. ff. pro ſoc.* vult enim […] homi-

hominem natum parentibus ruſticis, qui ſit probus & virtuoſus, meliorem eſſe, & majori comendatione dignum præ alio Nobili, & æquè bono, ſeu virtuoſo, quia inquit natus parentibus vilibus, declinat naturaliter in deterius *l. quid ſi nolit. ff. de ædil. edict. §. mancipium.* quod ſecus eſt in Nobili, quia habet exemplum & ſtimulum Avorum, unde non mirum ſi virtutem ſequatur, magnum verò in ruſtico, qui naturam vincit.

Atque ex his omnibus concludo & dico, Abbates Monaſteriorum, quæ ſibi hactenus vendicavit Nobilitas poſſe in illis recipere non Nobiles, abſq; ulla alia licentia, & non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis conſuetudine, vel privilegijs in contrarium facientib. Tum 1. quia licet renuntiare ſtatuto, etiam confirmato à Superiore, & ſine illius conſenſu, quando reditur ad jus commune, ut docent Niconit. *cap. quoniam. de prob. p. 1. num. 212.* Crot. *c. conqueſtus. de uſur. nu. 12.* Et Barth. *C. de teſta. & l. omnes populi ff. de j. & jur.* Adeò ut etiam in correctorijs, & derogatoriis fiat extenſio propter ejuſmodi reditum, ut multis probant præfati Authores, quia cenſetur ſavorabilis. Et ceſſat inconveniens, quod aliàs opponi poſſet, ut tradit Oldrad. *conſ.* 83. Et hoc ipſo aliqua reputantur probabilia, quo nos reducunt ad antiquum ſtatum, *l. filio quem pater. ff. de lib. & poſth.* Ubi Jaſon, & Socin. *conſ. 145. vol.* 1. Recipere autem indifferenter Nobiles & non Nobiles in Monaſterijs, de quibus agimus, eſt redire ad antiquum eorum ſtatum, & ad jus commune Ordinis & Regulæ legū & canonum, ergo *&c.*

Tum *ſecundò*, quia conditiones appoſitæ ad aliquem actum contra leges, vel edictum Imperatoris, vel illorum deluſoriæ habetur pro non appoſitis, & non obligant, *l. 14. ff. de cond. inſt.* At conditio Nobilitatis in Novitijs recipiendis, eſt contra legem ſeu Regulam Ordinis, & mentem ſupremi in eo Legislatoris Sancti Bened. Ergo ſimiliter non obligat, ſed illa poſtpoſita poſſunt per omnia Monaſteria indifferenter omnes recipi.

Tum *tertiò*, quia ut ait Iuriſconſult. *in* 52
*l. ut gradatim. ff. de mun. & honor. Etſi lege municipali caveatur, ut præferantur in honoribus, certæ conditionis perſonæ, attamen ſciendum eſt, hoc eſſe obſervandum, ſi idoneæ ſint.* Atqui cùm experientia doceat, paucos inveniri Nobiles idoneos voluntate, hoc eſt qui velint ſecundùm ſuam Regulam & Profeſſionem vivere, ideo abſq; ullo reſpectu Nobilitatis debent alij recipi.

## DUB. XXVIII.

### *An Monaſterium ſuccedat Novitio morienti & ante tempus ordinarium Profeſſo?*

Ad c. idem 19. v. Pius n. 5.

### SUMMARIUM.

1 *Monaſteriū ſuccedit ſecundùm leges ſuo Profeſſo.*
2 *Quæ tamen leges in aliquibus locis nō recipiūtur.*
3 *Profeſſio facta ante annum Novitiat. tenet, ubi Trid. non ſervatur.*
4 *De jure ſuccedendi Monaſterii variæ opiniones.*
8 *Quæ diſcernuntur.*
5 *Pius V fecit licentiam morituris profitendi ad effectum ſolum indulgentiarum.*
6 *Profeſſus tempore ſibi à jure vel privil. conceſſo, non poteſt dici ante tempus profeſſus.*

DUbium hoc oritur ex privilegio Pii V. De quo ibi fit mentio; Solvendo autem huic dubio, ego præmitto primò. Quòd ſicut ego alibi notavi Religioſas ſuccedere ſuis agnatis ita & Religioſo inteſtato ante Profeſſionem ſtatim eâ factâ ſuccedere Monaſterium in ejus bona, *Auth. ingreſſi & Auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. Eccl. Auth. nunc autem. de ep. & cler. & l. fin. eod* Quæ ſunt canonizatæ in *c. quia ingredientibus & ſeq. 19. quæſt.* 3. In quibus

locis ita paſſim tenent Juriſtæ, quos ſequuntur Navarr. *com. 2. de regul. & in c. nō dicatis. 12. q. 1.* Clar. *§. teſtamentum. quæſt. 28.* Tuſch. *v. teſtari concl. 104.* Angel. *v. Religioſus. nu. 51.* Sanch. *in decal. lib. 7. cap. 13.* Molin. *to. 1. de juſt. d. 140.* & Lugo. *to. 2. item de iuſt. d. 3. ſect. 9.* Verùm, quemadmodum item ego dixi ſuo loco, Regula-
2 res in multis locis per privatas Principū leges excludi à Succeſſione ſuorum, ſic & nunc dico de Monaſteriis, & ea per eaſdem leges prohiberi ſuccedere Monachis v. g. in Gallia, ut refert Manſuer. *in rubr. de ſucceſſ. §. item pro conſuetudine.* Guilel. Bened. *in repet. c. Raynutius. de teſta. v. & uxorem. p. 1. num.* 224. Et Rebuff. *in proem. conſt. Reg. in* Gloſſ. *num. 21. & 24.* Et ſic dubium propoſitum procedit reſpectu eorum locorum tantùm, in quibus non fuit derogatum juri communi per privatas leges.

3 Præmitto *ſecundò*, quòd licèt ex diſpoſitione Trident. irritæ ſint Profeſſiones factæ ante evolutum annum integrum Novitiatus, jure tamen antiquo ſecus eſt, quia ex conſenſu partium, & maximè Novitij licebat olim in Ordinibus non Mendicantibus ad arbitrium breviare tēpus. *c. ad apoſtolicam. de Regul. & cap conſtitutionem. eod. in 6.* Quam diſpoſitionem etiam nunc valere in Provinciis, in quibus Trident. non fuit receptum, affirmāt Navarr. *lib. 3. conſ. 28. de Regul.* Leſſ. *lib. 2. de iuſt. c. 41. dub. 7.* & alii. Unde conſequenter dubium propoſitum non venit intelligendum, niſi de Provinciis, in quibus Trid. fuit receptum. Atque his præmiſſis, quod jam attinet ad ejus ſolutionem.

4 Læſana *to. 1. qq. Reg. cap. 25.* reſpondet, cautè in hoc eſſe procedendum, quia (inquit, fertur (licèt nō authenticè) contrarium eſſe deciſu à S. Card. Congreg Barb.
autem *in collect. bull v. monialis 1. & ...*
*ſio 2.* ipſam authenticam deciſionē ...
quam emanatam affirmat an. 1627 ...
Nov. Addit Roder. *to. 3. qq Reg. 15 a. ...*
V. conceſſiſſe morituris Profeſſione ...
effectum conſequendi indulgentias ...
feſſorum ſolùm, non veró ut Mon...
rium ipſis ſuccedat. Imò nec potu...
ſum hoc concedere, vel intender...
tandem quidquid ſit de intentione & ...
ceſſione Pii V. Eman. Sà. *v. Religi. ...*
affirmat hoc privilegium non poſſ...
locum habere, eò quòd ſit à Gregor ...
revocatum una cum omnibus aliis ...
V. conceſſis.

Sed his non obſtantibus, contra...
partem tuentur Sanch. *in op. mor. ...*
*5. cap. 4* Zanard. *p. 2. cap. 17.* Conf...
*ſum. mar magni tit. 23 cap 14.* Auſon ...
*Dian v. profeſſio. nu. 8.* Et alii, quorum ...
nionē probabilem putat Læſana ...
tio eſt, quia licèt ſupponatur Profeſſ...
hoc ut Monaſterium ſuccedat Pro...
non tamen ſupponitur, quo tempo...
ſa Profeſſio debuit eſſe facta. Qu...
ceſſio eſt quid conſequens ad Pro...
nem, adeò ut poſito tali anteceden...
quatur neceſſariò tale conſequens.

Et quidem verùm eſt Pium V. co...
ſiſſe morituris Profeſſionem ant...
pus ad effectum ſolùm indulgent...
attamen, quia jura volunt ut Mo...
rium ſuccedat Profeſſo, ideo quoc...
tempore, vel quomodocunq; ali...
profeſſus, dummodo verè & valid...
cedit Monaſterium, non virtute p...
gii, ſed juris communis volentis ...
naſterium ſuccedat ſuo Profeſſo, ...
hil ſpectat ad leges de tempore, in ...
ceat facere profeſſionem, ut inte...
taceam Profeſſum in articulo mort...
poſſe dici per anticipationem ...
ſum. Quia ſicut jus commune ...
ſua

ſanis annum integrum, ſeu terminum anni ad Profeſsionem, ita Pius V. aſsignavit infirmis articulum mortis, unde omnis articulus venerit, dicendus eſt Novitius profeſſus ſuo & legitimo tempore, ſicut eſt ſibi præfixo, & conſequenter ad ... debet Monaſterium ad ſucceſsionem. Quin etiam Cign. *in Auth. ſi qua mu... C. de ſacroſ. Eccl.* Jul. Clar. *lib. 3. ſent. §. ... mentum. quæſt. 28.* & alij abſolutè volunt Novitio, morte prævento, & qui ... fecit Profeſsionem, ſuccedat ſimiliter Monaſterium.

In hac autem opinionum varietate ego puto primò de ea, quam tenet Sà, eſſe ſimpliciter falſam, falſum eſt enim Gregor. XIII. revocâſſe omnia conceſſa à Pio V pro quo vide dicta *dub. 7.* Quantum verò ad opinionem Rod. vera eſt, ſed falſum, quòd infert ex illa, ut conſtat ex dictis. Quantum ad opinionem Cigni eſt plauſibilis, & non caret ſua probabilitate (*) quamvis oppoſitum mihi videatur verius, ſtando in puncto juris. Et illam ... ciunt Gloſſ. *cap. in præſentia. de prob. ... nor. eod.* Navar. *c. non dicatis. 12 quæſt. ... com. 2. de Regul nu. 49.* Et Molin. *to. ... de iuſt. tract. 2. d. 140.* Unde mediam ... ego ſequens amplector opinionem ... uard. Sanch. Confett. & aliorum, de ... ſuperius.

(*) vide ubi de privil. cauſæ piæ pag. 70.

## D U B. XXIX.

*An Abbas Caßinenſis debeat præcedere omnes Abbates Ordinis S. Benedicti?*

Ad c. 21. v. ubi nota ſect. 3.

## S U M M A R I U M.

1 *Proponuntur aliqua temerè effutita de S. Bened.*
2 *Abbas Caſsin. præcellit omnibus.*
3 *Et quaſi primogenitus inter alios.*
5 *Imò omnium Pater & Caput.*
7 *Ubi varij tituli dati Mon. Caßin.*
*Sanctus Benedictus fuit Caput ſui Ordinis.*
8 *Et Abbas Caſsin. eſt eius Succeſſor ibid. ob id eodem honore dignus.*
9 *Antiquitas eſt iuſtus titulus præcedentiæ.*
11 *Omnes prærogativæ quorumcunque Monaſteriorum ſunt in Caßin.*
12 *S. Bened. revelatione divina venit Caßin. comitatus corvis, & Angelis, & rupes ei ceſsit & 16.*
30 *Fuit Apoſtolus.*
13 *Monaſterium Caſsin. commendatur à loco.*
18 *A Feudis.*
20 *A Dominio temporali.*
29 *Habet Sedem Epiſcopalem.*
34 *Floruit, & floret viris eruditis.*
19 *Abbas Caſsin inveſtiebatur olim per ſceptrum.*
26 *Et erat Vice-Imperator.*
19 *Sedebat ad dexteram Imperatoris, & ſignis regalibus utebatur.*
33 *Rei Maieſtatis non obtinebant veniam, niſi de eius conſenſu.*
42 *Habebat titulos varios honorificos.*
44 *Eſt Caput Ordinis S. Benedicti.*
50 *Abbas Abbatum.*
43 *Et omnes ei cedunt.*
53 *Eius prærogativæ fundantur in iure patriæ poteſtatis.*
54 *Habet privilegia omnium Abbatum.*
57 *Poteſt intervenire in omnibus cauſis Monaſteriorum.*
58 *Poteſt ſalutari titulo Principis & Altezzæ.*
60 *Monachis Caſsin. competit præcedentia per totum Ordinem.*
63 *Monaſterium Caſsin. non venit in odioſis nomine Ordinis.*
70 *Sicut nec alia Monaſteria, quæ ſunt capita ſuorum Ordinum, eorum nomine veniunt.*
64 *Roma non venit nomine Italiæ.*
66 *Nec civitas Epiſcopalis nomine Diœceſis, aut Regulis nomine regni.*

1 NEgabat mihi aliquando non nemo,
quia (inquiebat) nō eſt niſi privatus
Abbas inſtar aliorum, cujus Monaſterio
nihil prærogativæ contulit S. Bened. cùm
is illud fundaverit, & Regulam in eo ſcri-
pſerit ſolummodo ut privatus homo,
nec unquam ab ullo habuerit poteſtatem
ſcribendi dictam Regulam per modum
legis obligantis ſubditos, adeò ut nulla
ejus pars obliget in ullo Monaſterio, niſi
prout à privato cujuſque Abbate præci-
pitur, & ſecundùm quod eſt à S. Bened.
non ſit præcepta, ſed præceptibilis. Ita il-
le, ſed certè ſatis imperitè (ut in non pau-
cis alijs.) Ejus autem errorem, (quantū
ad dubium propoſitum) hac una ratione
(fuſiùs inſequētibus deducēda) confuto.
Abbas Caſſinenſis præcellit omnibus
2 Abbatib. ergo omnes præcedit, & hoc in
omnibus honorib⁹, ſalutationib. ſeſſio-
nib⁹ ac quibusvis alijs actibus cujuſcūq;
ſint ordinis aut qualitatis. Conſequens
de ſe patet, & probari poteſt per *l. 1. & 2. C.
ut dignit. Ord. ſerv. l. 3. eod. ubi Senat. vel clariſ.
l. ad ſubeunda eod. decur. l. ad honores. ff. eod.
l. 2. & 3. eod. de off. div. jud.* quæ jura ſufficit
tetigiſſe, ut ad antecedens veniamus, de
quo ſolùm poteſt eſſe difficultas, igitur
quòd Abbas Caſſin. præcellat omnibus
Abbatibus, ratio & probatio ſumi debet
à præcellentia ſui Monaſterij ad omnia
alia, quam ego deduco ex multis capit.
Nam etiamſi daremus Monaſterium
2 Caſſin. eſſe ſimplex Monaſterium ſine ul-
lo reſpectu ad alia, & Abbatem illius eſſe
ſimplicem Abbatem, attamen negare nō
poſſumus, quin ſit inter alios ut primo-
genitus in multis fratribus, & conſequē-
3 ter ſi alij non vellent ipſum reſpicere, ni-
ſi ut fratrem certè debent conſiderare ut
primogenitum ſuum, Primogenitura ve-
rò eſt dignitas, & primogenitus collatus
ad ſuos fratres, eſt dignior, ut dicunt

Gloſſ. *cap. quam periculoſum. 7. q. 1.* G…
Bened. *in repet. c.* Raynut. *de teſt.* …
*teſtamento, l. 1. n. 165.* Bald. *l. ex hoc* …
*de iuſt. & iur.* & communiter alij. Un…
olim Primogenitus familiæ erat cap…
Princeps, & in omnibus præfere…
ſuis fratribus, & præcipuè in honor…
nam ſedebat ad dexteram Patris, ſa…
cium offerebat, duplicatos cibos in …
ſa percipiebat, & duas partes in hæ…
tate, de quibus Joan de Cirier, *in tr…
primog.* Ergo vel hoc titulo Abbas C…
tanquam major natu & primogenit…
bet quoſcunq; alios Ordinis præce…
Verùm ego ſatis dubito, an poſſ…
quis Abbas intra Ordinē ſe fratrem…
dicere ſine verecundia, cùm potius …
ſe omnes agnoſcere debeant? Nam …
nia Monaſteria, omnesq; Congreg. …
dinis à Caſſinenſi profluxerunt, & …
originem trahunt, ut rami à ſuo tru…
ut rivi à ſuo fonte, ut radij à ſuo ſole…
de (ut in ſequentibus dicam plenius …
catum fuit à Zachar. Papa. *Caput m…
Ordinis.* (*) A Calixto II. *omnibus M…*
aſſertum *Præfectum* Ab Innoc. III. …
*antecellens.* A Jul. II. *Caput Monaſteri…*
Et in Concilio Romano ſub Paſchal…
Abbas ejus, *Abbas Abbatum* appella…
agente Joañe Cancellario dicti Paſc…
is titulus ei contradictoriè aſſertus …
tra Pontium Cluniacenſē. Et Steph…
In apoſtrophe Encomiaſtica, quam …
Bened. habuit in eodem Monaſterio …
ſente Pipino Rege, Carolomanno, …
ceribus ac Patritijs Romanis vocat…
ſum *archimandritam œcumenicum.* In…
ait Urban. II *Illud donum, quod Omnip…
Deus Beatiſſimo Bened. & per eum, ſuo C…
conceſſit cœnobio, nulla ratione poteſt …
nulla violentia permutari, quin ipſe omni…*

(†) Leo Hoſtienſ. in Chronic. Caſſin. l. … Anaſtaſ. Bibliot. & ex ipſo Conſt. Cajet. in … colleg. greg. Leo Hoſt. in Chronic. Caſſin. lib. 4. … natio.

*Monachorum Pater, ac ipſum jam dictum Caſſin. Monaſterium caput omnium Monaſt. perpetuò vocatur & meritò.* Audis nomē capitis? Audis titulum Patris? non ab uno ſed uſque à ſex Pontificibus attributū Abbati Caſſinenſi, ut intelligamus tantùm eum præcellere cæteris, quantùm in corpore humano caput inferioribus membris, nec minorem ab ijſdem reverentiam, cultū, honorem, obſervantiam ei deberi, quàm filijs Patri, ipſum Patrem eſſe, cæteros omnes filios, *liberto* (autem) *& filio ſemper honeſta & ſancta perſona Patris ac patroni videri debet. l. liberto. ff. de obſer à lib. & libert.*

Deinde (a) nemo negaverit S. Bened. fuiſſe caput ſui Ordinis, & illi omnes Monachos, quos in magno numero in diverſis Provinciis habuit, imò uſque ad plura millia primas ceſſiſſe, reveritos fuiſſe, obſervâſſe. Atqui Abbas Caſſin. eſt ejus Succeſſor immediatus, & per rectam lineam in ſede, & in Monaſterio. Ergo ſimiliter omnes eū revereri tenentur, obſervare, & primas ei cedere, tanquā magiſtri Patris locum tenenti pro ejus reverendiſſima memoria, abſq; ullo reſpectu ad perſonam, aut ejus merita. Nam loco conſtituti unus habentur. *l ſi verò quidam C. de* ... *coll.* Et una eſt perſona hæredis & ejus qui in eum tranſmittit hæreditatē. ... *de iure iur. & c. coll. 5. tit. 3.* Et Succeſſores cum Prædeceſſore Alexand *conſ.* ... & qui ſuccedit in locū alterius, eodem jure cenſetur *cap. Eccleſ. ut lit. pend.* ... *Gloſſ. & l. cùm quidā ff. de uſur.* (b) Qua ratione utuntur Romani Pontif. cùm ſe commendant fidelibus, nempe quia ſunt Succeſſores Petri, & ejus ſedem ac locum tenent. Quòd ſi Rom. Pontif. debetur reverentia ab omnibus fidelibus, quia Succeſſor eſt Petri, cur nō debebitur Abbati Caſſin. ab omnibus Monachis, cùm Succeſſor ſit Benedicti? Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi (inquit Chriſtus) Phariſæos vita reddebat contemptibiles, ſed Sedes Moyſi, in qua erant venerabiles, eodem igitur jure quiſquis ſit Abbas Caſſin. ſufficit tenere locum S. Bened. ut teneātur omnes eū venerari, & ei cedere.

Rurſum agnoſcunt omnes DD. anti- 9
quitatem eſſe titulum Nobilitatis. Et ita in ſpecie docent Tiraq. *Cap t. 19. de Nobil.* Salicet. & Barboſ. *l. providendum C. de poſt.* Alex. Bald. Cardin & alij, quos citat, & ſequitur Riminal. in rubr. de conſt. Adeò ut inter cæteros is præferatur, qui eſt antiquior, quaſi antiquitas reddat illum præ ipſis Nobilem, ac digniorē Et inter Nobiles ſimiliter præcellat, & præferatur antiquior, quia priora ſunt potiora. *l.*
Claud. *ff. qui pot. in pign.* Atqui Monaſteriū 10
Caſsin. eſt primum Ordinis S. Bened. & in eo antiquiſsimum, ergo & omnibus nobilius & illuſtrius, & Abbas illius aliis Abbatibus præferendus, tanquā ratione antiquitatis nobilior. Nec refert, quòd aliqua Monaſteria, ut Lerinenſe, Turonenſe, Farfenſe, Furenſe, &c. ſint antiquiora S. Benedicto, & ab alijs Sanctis longè ante ipſum fundata Nā etiam ante S. Benedicti Adventum in Montem Caſſinum locus fuit cultus ab Anachoretis. Verùm ſicut Monaſteria jam exiſtentia, erant abſorbenda in Ordine à S. Benedicto fundando, ſicut minora flumina in vaſto oceano, & eorum inſtituta intermittenda ad promulgationē ejus Regul. ut minora aſtra ceſſant ad ortum Solis apparere; ſic in figuram, & pro hujus futuræ mutationis felici omine, voluit Deus Eremitam, Caſsinum incolentem (quem (c) aliqui Martinum vocatum dicunt) venienti S. Benedicto locum cedere, quod

(a) Paulus in vita S. Mauri.
(b) Leo 1. ſer. 1. in anniverſ. ſuæ Aſſumpt. Hadr. ... ad Carol. Regem Franc Symmac. c non nos. ... Nicol. 1. ep. 52. ad eundem Carol. calvum.

(c) Yepez in Chron. cent. 1. an. S. Bened. 48. in fine.

hoc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoc eleganti carmine Marcus Poëta, eiuſdem S. Bened. diſcipulus expreſſit. *His tu parce locis, alter amicus adeſt.* Et cùm vita anachoretica ſit perfectior cœnobitica, patet Monaſterium Caſſinenſe nulli alteri, ſeu antiquitate, ſeu perfectione inſtituti Monaſtici cedere, & conſequenter manet firma mea propoſitio, quòd ratione ſuæ antiquitatis debet omnibus alijs præferri.

11 Sed & dum conditionem ac dignitatẽ dicti Monaſterij ego conſidero, adverto, quòd ſicut S. Benedictus fuit omnium juſtorum ſpiritu plenus; ſic ſingulari providentia, quidquid gloriæ ſparſim, & per partes conceſſit alijs Deus, hoc totum in hoc uno collectum, longè perfectiori, & nobiliori modo nobis demonſtravit. Ac ſic præ omnibus venerabile reddidit. Nã ſicut ajunt Philoſophi, unamquamq; rem ſemper eſſe eò nobiliorem, quò vel plures gradus entis participat, vel perfectiori modo continet: ita Caſſinnenſe Monaſterium omnibus eſt nobiliùs, cùm nulla prærogativa queat in ullo notari, quæ in ipſo non reperiatur, quod probo inductione.

2 Nam commendantur aliqua à loco, eô quòd extructa ſint in loco celebri, & tempore gentilium famoſo, ob præclara geſta, vel præclaras artes, quæ ibi exercebantur, ut *Athanatenſe*, apud Lugdunũ in Gallia, vulgò *Ainay* famoſum, quòd is locus eſſet dicatus Minervæ, & Rhetores ſuæ eloquentiæ primum ſpecimen in eo exhiberent: coronandi ſi probarentur, mergendi in Rhodanum, ſi repudiarentur, unde proverbiale carmen, de re dubia, *ut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram.* At ſi gloriari oportet in ſuperſtitionibus

13 gentilium, non expedit quidem, verum tamẽ, qualiscunq; prærogativa poſſit inde colligi, nec ea caret, imò præcellit Monaſterium Caſſin. quia conſtructum [...] monte Apollini ſacro (*) & à Roma[...] Philoſophicis ſtudijs deputato, ut [...]tur Petr. Diacon. *in M. S. Caſſin. his ve[...] Erat is locus illuſtris ab arte & fama cele[...] cuius tantò olim ſublimitas culmine vig[...] Romani celſitudo imperii Philoſophicis ſt[...] lum in ævum dicârit.* Et certè veſtigia [...] tij Marci Varronis, & Colliſæi, qu[...] huc infra montem viſuntur, ut & n[...] caſtri, quo ab antiquis locus ille ap[...] tur, indicia ſunt evidẽtia artium v[...] quæ in eo exercebantur, & non ſ[...] ut modò, ſed valde populoſum fu[...]

Commendantur alia Monaſteri[...] quòd ex revelatione divina ſint fu[...] & miraculis illuſtrata, ut Eviſham[...] Anglia. At neque hac prærogativa [...] Caſſinenſe; ſed præcellit. Audi[...] diano, *in vit. S. Placidi cap.* 5. cauſa[...] velationem ſeu divinam juſſionem [...] lo erigendo. Agebat S. Benedictus [...] ſolitudine ſublacenſi, livore au[...] gens Florentius Præsbyter, cum [...] tentâſſet eum intoxicare ad per[...] diſcipulorum ejus animas, novo [...] rendo ſcelere machinamẽta ſua c[...] tit, de quo S. Greg. in vita ejuſdẽ [...] Hæc autem dum ſecum Beatiſſim[...] nimis anxiè recogitaret ſemel [...] vox ad eum de cœlo defertur, & [...] accipit in hæc verba: *Vt quid du[...] dilectiſſime Benedicte triſtaris? Nu[...] reminiſceris illud, quod ego diſcipulis m[...] ſum dicens: ſi me perſecuti ſunt, & vos p[...] tur. Tibi alia eligenda eſt via, aliud [...] dum. Te namque elegi ex omnibus [...] orbem. Tu Evangelii mei tuba cæle[...] Spiritu meo plenus. Surge iam, & vade [...] rum Caſſin. & populum eiuſdem Prov[...] adhuc idolorum nefandis cultibus [...]*

(*) Vide Chronic. Yepetij cent. 1. an. C[...] S. Bened. 49. c. 2. Nymphis habitata Caſ[...] Sil. Stalic.

qu[...]

*præcordiis ſathanæ verſutia regnat. Qui nihil ſciunt aut dicunt, niſi quod in cordibus eorum venenoſi ſerpentis aſtutia ſcripſit ſermone verificè prædicans, meum ad cultum convertere ſtude. Quia tecum ego ero, & non te deſeram. Et confundam omnes Adverſarios tuos. Proficiſcere Bellatorum ad pugnam, confortare, & eſto robuſtus. Quia caſtrum tibi tradam, & illic ſedes nominis tui in perpetuum erit.* Oraculo igitur confirmatus Benedictus, & promiſsis divinis animatus pergit, quaſi alter Moyſes, & novus Joſue ad profligandos cananæos idololatras, & eorũ terram occupandam; aut potiùs quaſi redivivus Paulus, & novum vas electionis ad portandum nomen Chriſti coram gentibus. Sicut olim Alexand. Magno, ad templum Jovis Ammonis pergenti, viam monſtrârunt corvi. Ac naviganti in Italiam Æneæ, diva Mater venus dicitur adfuiſſe, & navigationis tramitem direxiſſe, ſic longè feliciori, ac veriori omine Caſſinum petenti Benedicto, (ut refert Paul. Diacon. *in hiſt. Longob. c. 26. Petr. Damiani* ſerm. *in vigil. S. Benedicti.* Gordian. in vita S. Placidi. Et Leo Hoſtienſ. *in Chron. c.* 4.) tres corvi viæ comites, & duo Angeli ejuſdem Directotes ſe adjunxerunt, ac tandem (ut notat Baron. *in annal.* anno 529. quo Juſtinianus Imperator orbi univerſo leges ponebat) Caſſinum pervenit, inde per univerſam Eccleſiam leges ſuas aſceticas promulgaturus; Cũque vir Sanctus, quaſi poſſeſſionem loci accipiens, vertici montis propinquus ſubſtitiſſet, ac genua flexiſſet, rupes ipſa (ut refert traditio (feritatis idololatrarum ab eo molliendæ, certum omen) ſacris ejus membris cedens mollem ſe præbuit; viſiturque etiamnum) alterius ejus genu veſtigium à rupe retentum, vel ut pleniùs quod ſentio dicam. Non tam montem veſtigio preſſit Benedict. quàm mons ipſe, ejus adventu exultans, ac concupita preſentia inamoratus, genu ejus oſculatus eſt, & perpetuæ ſubjectiõis ſignũ oſculi veſtigiũ ſervare voluit (*a*)

17 Commendantur etiam aliqua Monaſteria à Feudis Imperij eis conceſſis Aut etiam ſupremo dominio, eò quòd eorũ Abbates Superiorem in temporalibus Principem nõ recognoſcant, ut olim Luxovienſis, Murbacenſis, Lutrenſis, S. Galli &c. Et neque hæc gloria Caſſin. defuit. Nam etiam ſtatim in ſuis exordijs Juſtinianus Imperator, Anno ſui Impe- 18
rij XII. *ab omnium Mortalium iure ac dominio liberum perpetuò manſurum*, ſancivit, ut habetur *in una eius divali.* Tum deinde Carol Magnus iterum idem conſtituit, (ut refert Petrus Diac. in M. S. quod habetur in Biblioth. Lerinenſi. Ob id inquit, *quia per cives Romanos fundatum B. B. ſcilicet Maurum & Placidum, & in proaſtio Romani Imperii* ditatum per Tertullum Patritium, & Equitium ac Gordianum Senatores Rom. Unde & ejus Abbas inveſtiebatur 19
olim non per baculum paſtoralem, ut ſolent communiter alij Abbates, ſed per ſceptrum Imperij, quod de manu Imperatoris accipiebat, & idem Carolus Mag. (*b*) dedit ei privilegiũ bibendi ex auro, lectum ſuum operiendi purpura, utendi cruce aurea, gemmis & lapidibus pretioſis ornata, & cum aliquo pergeret habendi ante ſe labarum ſeu vexillum, ac demum cùm eſſet præſens Imperator aſſidendi præ quibusvis alijs ad dexteram, quæ omnia ſunt regalia, & nulli alteri inveniuntur conceſſa.

20 Commendantur item aliqua Monaſteria ab amplitudine dominij temporalis, ut Cluniacenſe, cujus opes & potentiam,

(*a*) Montes exultaverunt ut arietes & colles, ſicut agni ovium Pſ. 113.
(*b*) Libr. 4. Chronic. 25. M. S. cit.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qua pollebat ſub Jacob deAmbaſiaAbba-
te, quidam Author illius temporis con-
ſiderans, non dubitavit aſſerere,opulen-
tiorem fuiſſe dictũ Jacobum Rege Sco-
tiæ, & data optione ſe prælectorum eſ-
ſe Abbatem , ut erat Jacobus , quàm eſſe
Regem Scotiæ,certè memini ego me le-
gere inter ſtatuta antiqua , illuſtris illius
21 Monaſterij, conſueviſſe Abbates , quo-
cunque pergerent cum tanta pompa &
apparatu comitivam ſecum ducere,ut
admirationi omnibus , cùm eſſent quaſi
per modum reformationis decreto Capi-
tulari ſancitum fuerit , ne in futurũ Ab-
22 bates , plusquàm 50. Equitaturas ſecum
in via haberent, adeò ut quod nunc ſcan-
dalo foret,magnæ reformationis ſit tunc
judicatum. Unde opulentiam & poten-
tiam temporalem dicti Monaſterij colli-
gas. Sed illud ſuo tempore ſuperavit Caſ-
ſinenſe,cui ut teſtatur Uuion.*in ligno vitæ*
*lib.* 1. *c.* 2. & ex ipſo refert Tambur. *to.*1.
23 *de iur. Abb. d.* 2. *qu.* 4. Subijciebantur olim
IV. Epiſcopatus, II. Principatus ; II.Du-
catus, XX. Comitatus ; XXXVI. Civita-
tes,250. Caſtella,440. Villæ,136.Curtes,
XXIII. PortusMaritimi. 33. Inſulæ 200.
Molendina. 300. Territoria, & 1662 Ec-
cleſiæ. Quæ omnia ( ne fabuloſa puten-
tur ) Petr. Diacon. in M S. *cit.* ſeriatim,
& diſtinctè per ſua nomina recenſet , &
enumerat,adeò ut vix fuerit ſub Romani
Imperij amplitudine ulla Provincia , in
qua Monaſterium Caſſinenſe ſuam por-
tionem non poſſideret in Africa , Aſia,
Provincia,Biſancena ,Thracia,Ægypto,
Epiro,Macedonia,Lucania,Mauritania,
Cæſarienſi , Sardinia , Corſica , Sicilia,
Canuſia, Inſula Tremitana , Mari Adria-
tico &c. Ut non immeritò Baron. *in An-*
*nalibus. to.*11. Scripſerit,quòd cùm novus
Abbas erat Caſſini inſtituendus , non tã
agebatur de Abbate eligendo , quàm de
magno Principe creando,*erat planè ma*
*ponderis opus Abbatem conſtituere Caſſ*
*utpote non tam Monaſterii Abbatem,quàm Prin*
*cipem ,qui complura Caſtra & Opida poſſide*
Quod eſt cauſa ut legamus non rarò R
manos Pontifices, ejuſmodi electionib
ſe immiſcuiſſe, quòd tam potentem
num vererentur ſcilicet , & de co
lent eſſe ſecuri.

Eſt & aliud caput , unde gloriam
creviſſe quibusdam Monaſterijs
mus,nempe ab officijs publicis&adm
ſtrationibus conceſſis eorum Abbati
ut Sandioniſiano in agro Pariſienſi fer
enim,Abbates celebris illius Monaſt
fuiſſe olim creatos Regentes,& Admi
ſtratores Regni Franciæ . & de facto
fert Claud. Robert. in Gallia Chriſtia
Suggerum Abbatem ſic fuiſſe aliqua
Regentem ſummaq; prudentia& glo
ſub Ludovic Juniore , ſeu 7. filio L
Craſsi Regnum adminiſtrâſſe. Sed
hac in parte Sandioniſianos Abbates p
cellunt Caſsin. quantùm Reges Imp
tor. Nam Carolus Magnus creavit
Archicancellarios Imperij univerſi.
dovicus verò Pius, ejuſdem Caroli
voluit eos advigilare ſuper omnes c
ejuſdem Imperii,&dum contingeret
peratorem venire ad inferiorem Ita
nunquam ab ejus latere abeſſe. M.S.
Et ſic Abbates Caſsin aſſumpti erant
partem ſollicitudinis Imperialis, tan
primarij Cæſaris Conſiliarij & Imp
univerſo advigilantes. Unde Uuion
*1. ligni vitæ cap. 2. notat.* Vice - Impe
res fuiſſe appellatos. Item commend
tur aliqua Monaſteria à jurisdictione
cleſiaſtica, nonnulla enim ſunt exem
ab Epiſcopis non modò, ſed etiam hab
proprium territorium, & in eo juris
ctionem quaſi Epiſcopalem privant
quoſcunq; Epiſcopos,ut Monſerrat
Media-

Medianum, Einſidlenſe, & non pauca alia, quorum Abbatibus conceſſũ à Sede Apoſt. habere Vicarium generalem, Synodum celebrare, cauſas matrimoniales judicare, reſcripta Pontificia examinare &c. Hæc autem habet Monaſterium Caſſin. ſed longè nobiliori modo ſtupendo, inaudito, & à nullo alio uſurpato, alij enim Abbates acquiſierunt hæc jura ex gratia & privilegio Sedis Apoſt. Caſſinenſes autẽ ſine privilegio proprio marte & labore, imò diſpoſitione divina. Unde jurisdictio illa Epiſcopalis, qua pollent in ſua Diœceſi, debet dici jus, & non privilegium, nam Sedes Epiſcopalis erat erecta in Caſtro Caſsino ante adventum S. Benedicti in ejus montem, verùm ut verbis utar Baro. (a) *Neſcio qua dormitãtium Epiſcoporum incuria, quæ longè, lateq; in Chriſtiano orbe extincta erat idololatria, in monte Caſsino altioribus fixa radicibus adhuc vigebat.* Cùm verò, ut ait D. Tho. *opuſc.* 19. *c.* 4. *divino judicio reputatus fuiſſet Benedictus idoneus, cui immediatè à Deo committeretur prædicationis officium,* fructuum is à Deo expetitum exhibuit, converſionẽ ſcilicet ad fidem circumjacentis populi, & idololatriæ profligationem; Vnde quo judicio Benedictus fuit illi Provinciæ miſſus à Deo Apoſtolus, eodem Sedes Epiſcopalis, ibi inutilis novo & inuſitato modo fuit mutata in Abbatialem, & Benedicto tradita, ſicque jurisdictio, quam Abbates Caſsin. exercent in eadem Provincia, fundatur non in ſimplici gratia vel privilegio, ſed in Apoſtolatu S. Benedicti; Quid enim æquius, quàm ut is populus relinquatur jurisdictioni eorũ, qui ſuo labore & ſua prædicatione juris Chriſti, & Eccleſiæ eſſe fecerunt? Et hoc dormientibus interim Dominis noſtris Epiſcopis, & hoc ſomno incuriæ, & ut

(a) to. 7. pag. 148. in Annalibus.
(b) Baou in Annal. Eccleſ. t. 14. fol. 396. & 1323.

magis notemus divinam diſpoſitionem 31
divinaq; judicia appareant melius circa
hanc jurisdictionem, acquiſitam meritis
S. Bened. & Monachis eius conſervandã.
Joannes 22. an. 1322. ſpeciali Religione
tactus erga locum, & eundẽ S. Bened.
Sedem Epiſcopalem reſtituit, & Epiſcopum Monachis præeſſe voluit, non ſimplicem Abbatem. Deinde an. 1343. Clemens VI. conſtituit, ne Epiſcopus ibi ordinandus, aliunde aſſumeretur, quàm ex Ordine S. Bened. ſed hoc non placuit Deo, neque S. Benedicto, nam an. 1366. Urb. V. Pontificum Romanorũ Canonizatus ultimus (& ex Ordine S. Bened. aſſumptis ultimus) iteratò Sedẽ Epiſcopalem ſuppreſſit, ac ſimplicem Abbatẽ loco præeſſe, jurisdictionemq; Epiſcopalem exercere voluit, quod uſq; in hodiernum diem duravit,

Ut à jurisdictione ſpirituali & Eccle- 32
ſiaſtica nonnulla Monaſteria cõmendantur, ſic etiã à temporali ut Campidonẽſe in Germania, & Rivipolenſe in Catalonia, nam eorum Abbates habent jus gladij non modò, ſed etiam poſſunt ipſi per ſe ipſos exercerce judicium ſanguinis, aut ei intereſſe abſque periculo & præjudicio irregularitatis. Quamvis autem non inveniam id conceſſum Abbati Caſſinenſi, aliquid plùs tamen olim potuit in eodem genere circa reos & facinoroſos, & eo magis æſtimandum, quo vitã præ morte æſtimamus, & ſalutem præ hominum perditione, nam ſi quis intra fines imperij perduellis crimen incurriſſet, ſi quis gratia Cæſaris excidiſſet, aut capite damnatus eſſet, non poterat Feudum amiſſum recuperare, veniam obtinere, & in gratiam eiuſdem Cæſaris redire, niſi agente & conſentiente Abbate Caſsin. unde ab hoc Caducæatoris munere inter cœteros titulos vocabatur

*Princeps pacis*, ut notât Petr. Diac. Uuion. & Tambur. in ſuperioribus citati. (*a*)

34 Ab Eruditione etiam commendantur non pauca Monaſteria, ut Hirsfeldenſe, Corbeienſe, Viſemburgenſe, Foldenſe, Floriacẽſe, Tuitienſe, Hirſaugienſe &c. eò quòd ſtudia in eis floruerint, & Academiæ in eis erectæ Monachos omnibus ſcientiis illuſtres pepererint, in quo laudis genere nulli cedit Caſſinenſe, ut pro-

35 bat liber de eius Scriptoribus à Petro Diacono editus, quem non dudum Bibliotheca Barberiana typis excuſum publico conceſſit, ſufficeretq; in huius veritatis confirmationem, vel unũ ſolum D. Thomam allegare, quem uſque adeò colunt Theologi, ſuſpicit Ordo Prædicatorum, & qui in hoc ſacro, & nunquã ſatis laudando Monaſterio, ut pietatis, ſic & ſtudiorum prima principia accepit. Quid autem memorem Paulum liguré,

36 qui quaſi alter Dydimus in cæcitate artes & ſcientias didicit, & de omnibus etiam quaſi Dydimus redivivus tractavit. Quid inquam memoré Albericum controverſiis clarũ, qui in Concilio Romano Berengarium convicit. Marcum, Alphanum, Amatum &c. Poetas, Conſtantin. Africanum, & eius diſcipulos, Adlonem & Joannem Medicos, Brunonem in Poſitiva.

Petrum Diac. Roboaſum in Oratoria, Landulphum in Mattheſi. In Hiſtoria Amatum & utrumque Leonem. In prudentia juris Canophil. In moral. Sayrum, &c. Quorum Laureatum agmen

37 glorioſè illuſtrat Reverendiſſimus Angelus à Neapoli eiuſdem Monaſterii filius, & annis proximè elapſis Abbas, nunc S. Spiritus Papiæ; de quo mihi aliquando referebatur, quemdam inter Scriptores huius temporis non ultimum aſſeruiſſe, eum unum doctum ſe Romæ vid[...] poſſemque alios eiuſdem Monaſter[...] lios & Lectores hic non paucos c[...] morare; unde ſanè ſperandũ (att[...] optimis ſubiectis, quibus ſacrum [...] Aſceteriũ inſtar fœcundæ matricis [...] per exuberat) nunquam ~~in eo~~ defu[...] qui Prædeceſſorum ſuorum meri[...] eruditionem exæquent.

Poteſt etiam aliquod Monaſteriũ c[...] mendari à Perſonis illuſtribus, quæ [...] lo proceſſerunt regendis Eccleſiis, [...] videtur Cluniacenſe primas tener[...] ex eo tres Sum. Pontifices ſciamu[...] ſumptos Greg. VII. Vrban. & Paſ[...] II. Sed etiã ex hoc capite præcelli[...] ſinenſe, à quo Succeſſores longè [...] in ſua Sede habuit S. Petrus Greg[...] Leo III. Steph III. & IX. Victorem [...] & Gelaſ. II. Præter Cardinales ad [...] mero & plurimos Epiſcopos, qui [...] prodiere. Unde Baron. *to. 9. an. 7*[...] 8. *Illud ſecurè & abſque ulla trepidatio*[...] *daci aſſeri jure poteſt, nullũ unquam Ch*[...] *orbe extitiſſe Monaſterium, ex quo tot vi*[...] *ctitate conſpicui atq; doctrina tanta* [...] *tate, ad regimen ſanctæ & Apoſt. Sedis* [...] *fuerint, ut planè dici poſſit fuiſſe idem ſ*[...] *rium ſanctorum Antiſtitum.*

Commendantur etiam Monaſter[...] ſacris & regijs depoſitis, ut S. Re[...] Remenſis, in quo ſervatur ampulla [...] olei Cœlo allati ungendis Regib. F[...] ciæ. Quamdiu autem Imperatores [...] Italia tulit Monaſterium Caſſin. & [...] rum & Sum. Pontificum voluntat[...] cra in depoſito habuit, inaugura[...] & coronandis ipſis Imperatoribus [...] hiberi ſolita.

Etiam quibuſdã Monaſteriis accre[...] gloria ex honorificis & illuſtribus [...] lis, quibus eorum Abbates alij pro[...] ſunt aliquando, ut Fuldenſe, cujus Abb[...] appella-

(*a*) Yepez in Chron. Ordin. S. Bened. An. 71.

appellatur Princeps, Archicancellarius Imperatricis. Ac Primas per Germaniã & Galliam. Sed longè altioribus & pluribus donatus fuit Caſſin: quem vocârunt Archicancellarium Romani Imperij, Cancellarium Regnorum utriusq; Siciliæ, Hieruſalem & Hungariæ, Comitẽ & Rectorem Campaniæ, & terræ laboris, maritimæque Provinciæ, Abbatem Abbatum, Magiſtrum Capellæ Imperatoris, Vice-Imperatorem, & Principem pacis. Ex quibus omnibus patet, quàm meritò ego aſſeruerint, debitam ei eſſe præcedentiam per univerſum Ordinem, quod tandé probatur ex ipſis diplomatibus Imperatorum ac Sum. Pontificum. Nam etiam ipſo S. Benedicto adhuc vivente ita ſancivit Juſtinian. in una divaſij, Anno ſui Imperij 12. In qua ſic loquitur: *Sancientes edictum, ut idem venerabilis locus ſit clariſſimus, & venerabilis non ſolùm in occiduis, verùm etiam & Eois propter incomparabile Sanctitatis meritum, quod viget in venerabili Patre Benedicto.*

Deinde cùm Carolus Magnus ordinatus fuiſſet Imperator inter cætera privilegia & jura, quæ conceſſit Monaſterio Caſſin. indulſit, ut ijſdem privilegijs uterentur, quibus aula Imperialis Monachis co, ut infrà Romanum Imperium Capellani Imperatoris eſſent. Abbati verò etiam in omni Conventu ſuperiorem omnibus ſui Ordinis Sedem habeat, primus ſententiam proferat, & celſior omnibus Abbatibus in perpetuum exiſtat, ut refert Petr. Diac. *in M. S.*

Quòd ſi placet Pontificia indulta revolvere, inveniemus longè loculentiora hujus veritatis teſtimonia, ut Zachar. Papæ in B. quæ incipit: *Omnipotenti.* expedita an. 741. die 18. Febr. in qua ille ſic loquitur: *Omnipotenti Deo, cujus melior eſt miſericordia ſuper vitas, gratias agimus.*

*Ipſe quippe dignationis ſuæ potentia B. Benedictum Patrem omnium conſtituit Monachorũ. Ipſe eum Monaſticæ Legislatorem & Operatorem eſſe diſpoſuit. Ipſe illius meritis Caſſinenſe Monaſterium, in quo & ſanctiſſimè vixit, & glorioſiſſime obijt omnibus per totum orbem Monaſterijs clementi bonitate præfecit.*

Et poſt nonnulla: *Corroboramus, & in perpetuum confirmamus eidem dilecto filio, Abbati ſcilicet Caſs. eiuſque Succeſſoribus in omni Conventu, Epiſcoporum & Principum ſuperiorẽ omnibus Abbatibus Sedem, & in Conciliis & Iudicijs Priorem ſui Ordinis omnibus proferre ſententiam pro reverentia tanti loci.*

Et poſt pauca: *Caſſinenſe Cœnobium exaltantes decernimus, & in perpetuũ confirmamus, ut ſupradictus locus dignitate, vigore ac honorificentia præcellat omnia Monaſteria, quæ conſtituta vel conſtituenda ſunt in toto orbe terrarum, Abbasque eius loci celſior & celebrior exiſtat omnibus Abbatibus, eandem Regulam tenentibus, illicq; lex Monaſtici ordinis caput teneat, & Principatum, ubi eiuſdem Legis deſcriptor Benedictus, Pater ſanctiſſimus, eandem deſcribens promulgavit Regulam. Ibique Abbates & Monachi honorem deferant, & ibi uſque ad diem Iudicii Rectorem quærant, ubi Monachorum univerſalis Magiſter & Doctor Benedictus Pater almificus, corporaliter una cum ſorore ſua quieſcens, glorioſæ Reſurrectionis diem expectat, &c.*

Audiamus & Calixt. II. in B. quæ eo- 46
dem modo incipit ſub dat. an. 1123. die 16. Sept. ſic loquentem: *Ipſe illius meritis Caſſin. Monaſterium, in quo & ſanctiſſimè vixit, & glorioſiſſimè obiit, omnibus per occidentẽ Monaſteriis clementi bonitate præfecit,* & poſt aliqua: *Patrum noſtrorum veſtigia ſequentes veſtrum Cœnobium, cæteris per occidentem Cœnobiis præferendũ aſſerimus, & tam te, quàm Succeſſores tuos in omni Conventu Epiſcoporum & Principum Superiorem omnibus Abbatibus conſedere, atque in Iudiciis Priorẽ cæteris tui Ordinis viris ſententiam proferre ſancimus &c.*

Et

47 Et Innoc. III. B. quæ item incipit eodem modo, directa ad Roſtrid. Abbatem, anno 1208. die 25. Iul. *Ipſe quippe dignationis ſuæ potentia Be. Bened. Patrem cõſtituit Monachorum. Ipſum Monaſticæ Legulatorem & operatorem diſponens, ut meritò Caſſinenſe Monaſterium, in quo & ſanctiſſimè vixit, & goriοſiſſimè obiit, omnibus per occidentem Monaſteriis dignitatis privilegio antecellat.* Et poſt nonnulla: *Petrum noſtrorum beatæ memoriæ, Vrbani Calixti & Clementis Romanorum Pontificum veſtigia ſequentes, venerabiles cœnobium, cæteris per occidentem cœnobiis, præferendum aſſerimus, & tam te, quàm Succeſſores tuos, in omni conventu Epiſcoporum, ſeu Principum, ſuperiorem omnibus Abbatibus conſedere, atq. in judiciis, priorem cæteris veſtri Ordinis, juris ſententiam proferre ſancimus. &c.* Similiterque idem conſtituit Victor. II. ut refert Leo Hoſt. *in Chron. lib. 2. cap. 97.* & item Iul. II. in B. quæ incipit: *Super cathedram.* Appellat idem Monaſterium Caſſin. *Caput Monaſteriorum ordinis Sancti Bened.* Ad quæ omnia conformiter, quando fuit unitum Congregationi Sanctæ Iuſtinæ, ceſſavit Congregatio à Sancta
48 Iuſtina denominari, & ab ipſo Caſſinenſi Monaſterio nomen ſortita eſt authoritate ejuſdem Iulij. Tum deinde Abbates in ſuis conſtitutionibus ſanxerunt, & ordinaverunt, ut Caſſinenſis intra regnum Neapolitanum præcedat omnes alios, etiam viſitatores extra actũ viſitationis.

Poſt rationes autem & jura allegata, vendicandæ præcellentiæ Abbatis & Mo-
49 naſterij Caſſinenſis, præ omnibus alijs, etiam ex facto probari, & aſtrui poteſt, nam ſi ſit aliquod Monaſterium, pro quo diſputari queat hæc præcedentia, erit Cluniacenſe, quo non eſt celebrius in Ordine, cujus tamen Abbates ſemper ceſſerunt Caſſinenſibus, unde refert Leo Hoſt. *in Chron. lib. 2. c. 52.* quòd cùm ſemel

ſub Theobaldo Abbate, S. Odilo C[...]
niacenſis veniſſet Caſſinum. *Ipſi* [...]
*ſtivitatis beatiſſimi Patris N. Bened.* [...]
*Abbate Theobaldo, gratia præcipue* [...]
*multis precibus invitatus Miſſarum ſolem*[...]
*lebrare nullo modo cogi potuit eo præſen*[...]
*publicas agere, Cumq; iam paratis ad* [...]
*ter procedendum fratribus, paſtoralem* [...]
*idem Abbas Theobald. reverenter eius* [...]
*tuliſſet, longè humiliter refugit ille* [...]
*quaquam dignum eſſe, ſe in eius præſen*[...]
*modi virgam geſtare, nimis profectò* [...]
*& contra ius omne eſſe percenſens,* [...]
*Abbatum, manu paſtoralem virgam* [...]
*ubicunque Benedicti vicarium, cunctorum* [...]
*licet Abbatis Abbatum, præſentem eſſe* [...]
*ret.* Tum deinde cùm ſecundus ab C[...]
ne, Abbas Cluniac. Pontius, voc[...]
Abbatem Abbatum hunc titulum [...]
cavit in Concilio Romano, ac ceſſ[...]
ſinenſi (ut in ſuperioribus retuli [...]
agnovit ſe inferiorem, quòd à for[...]
quibuſvis alijs ego dico, & inferio[...]
& non ſolùm hos, qui communit[...]
vocantur, ſed quoſcunq; alios [...]
que ſint Congregationis vel Mon[...]
& hoc clarè innuunt illi tituli, qu[...]
natus eſt à Sum. Pontificibus, [...]
ipſe Seu S. Bened. (cuius eſt Suc[...]
vocatus eſt *Abbas œcumenicus, Abbas* [...]
*caput monaſtici Ordinis, Monachorum* [...]
*ſalis Magiſter omnibus Monaſteriis Præ*[...]

Imò plùs dico, & ex dictis in[...]
*mò* Abbatem Caſſinenſem (quid[...]
de facto) at de jure habere præ[...]
tiam ſupra alios Abbates Ordini[...]
per modum ſimplicis prioritatis, [...]
ſterioritatis, ſed per realem & na[...]
dependentiam à ſe & ſuo Monaſte[...]
imitationem patriæ poteſtatis, [...]
tractant Iuriſtæ, nam ſicut jura [...]
rant matrimonium ſpirituale ca[...]
& generatio ſpiritualis, debet [...]

carn[...]

ramali, unde ſicut jus patriæ poteſtatis quiritur, non ſolùm patri, qui liberos nuit, ſed etiam patris patri, hoc eſt o, qui & filios & patrem filiorum, ob net ſub ſua patria poteſtate, ita & in ratione ſpirituali intelligenda ſunt naſteria, & Monachi ſubeſſe non ſo- ſuo immediato Abbati, ſed etiam ſui tis Abbati, puta Caſſinenſi. Qui in- Camaldulenſes v. g. cenſendus eſt maldulenſis, inter Ciſtercienſes, Ci- ienſis, & uno verbo, albus inter al- & niger inter nigros; ſunt enim illi es æqualiter Benedictini, & æquali- S. Bened. patrem agnoſcunt, qui & ſequenter eadem ratione Abbatem ſinenſem Patrem debent agnoſcere quam ejus ſucceſſorem.

ſtro *ſecundò* ex dictis, poſſe Abbatem ſinenſem abſque ulla ſpeciali conceſ- ne ſibi vendicare quæcunq; privilegia, cunque Abbatum aut Monaſte- m, cuiuſcunque Congregationis nis. Nam cùm ſit omnium caput, eſt de omnium corpore, quia corpus poteſt eſſe ſine ſuo capite. Et ſic par- pat, & communicat omnibus juribus privilegiis eorum. Tum ſecundò, quia inconveniens aliquid concedere In- ribus, & illud negare Superiori. Tū , quia privilegia Monaſteriorum & Congregationum computantur inter eo- m bona (ut ſuo loco dixi) exceptis Caſtrenſibus, bona ſunt vel advē- a vel profectitia. Ad quorum verò orum membrum reducantur pri- legia, cuiuſcunque Abbatis, vel Mo- ii ſemper ad hæc jus habebit Abbas Caſſin. Nam bonorum adventitiorum fructus eſt penes patrem. *cap. pater de* in 6. *l. non ſolum. & l. cum oportet.* C *de* *quæ lib. l. res quæ & l. quidquid eod. de* *mater*. Profectitiorum verò, & uſus fructus & proprietas. *l. cit. cum oportet l. pater ff. de acquir. hæred. l. quodcunque eod. de verb. obligat. & §. 1. inſt. per quas perſon.* Abbas autem Caſſin. eſt Pater Ordinis, & omnium Monaſteriorum, & æquè legitimè unius atque alterius, ergo, *&c.*

*Tertiò*. Ipſum poſſe, imò teneri (ſi re- 57
quiratur, intervenire in omnibus cauſis Monaſteriorum & Congregationum Ordinis in omni curia, Papæ, Imperatoris, Cardinalis Protectoris, & quorumcunque Principum temporalium, aut etiam in cauſis & difficultatibus Monachorum, vel Abbatum inter ſe. Nam pertinet ad officium capitis, proſpicere membris quibus præeſt. Et hoc ſignificauit Zachar. Papa in B. de qua in ſuperioribus, his verbis: *Et ibi uſq; ad diem iudicii Rectorē quærant.*

*Quartò*. Quidquid ſit de antiquioribus 58
titulis, Ipſum (etiam nunc) de jure habere celſitudinem, ſeu ut communiter loquuntur Altezam, & poſſe ſine adulatione vel mendacio ſalutari titulo. Tum Illuſtriſſimi, quia hic tribuitur Epiſcopis non propter characterem, ſed jurisdictionem, & ſedem, quam ille habet. Tum Altezæ, & Principis; Nam iſti tituli tribuuntur quibuſdam Abbatibus Ordinis, ut Fuldenſi, Sancti Galli, Lutrenſi, & aliis illo inferioribus, eſſet autem inconveniens aliquid concedere inferioribus, quod negetur ſuperiori. Quia ut dicit
Dionyſ. *in lib. cel. hier. Superfirmatæ diſpoſi-* 59
*tiones, abundanter habent minorum ſacras proprietates.* (*a*) Quo argumento utuntur Patres & Doctor. pro B. V. Maria, quando dicunt, eam fuiſſe pulcherrimam, habuiſſe ſcientiam infuſam, vidiſſe divinam eſſentiam in hac vita, iam reſurrexiſſe, &c. nimirum quia legimns hæc fuiſſe cōceſſa aliis Sanctis inferioribus, eſſet au-

(*a*) D. Thom. in 3. a. 2. q. 1. q. 3. S. Bern. Epiſt. 174. Albert. Magn. in mariali c. 191. Dion. Carth. de laud. V. a. 12.

tem inconveniens, minùs tribuere B. V. maiori. A pari igitur, cum aliqui Abbates Ordinis ſint principes, & ſalutentur titulo Altezæ eodem modo licebit ſalutare Caſsinenſem, & iiſdem titulis honorariis proſequi. Nec refert, quòd fortè non habeat Feuda ab Imperio, ut illi, quia ſufficit illũ præeminere habentibus, & eſſe caput, ac Archimandritam ſummum Ordinis. Et hoc videtur Zachar. Papa inſinuâſſe in ſua Bulla (de qua in ſuperioribus) per hæc verba: *Abbaſque illius loci celſior, & celebrior omnibus Abbatibus exiſtat eandem Regulam tenentibus, illicque lex Monaſtici ordinis, caput & principatum teneat.*

60 *Quintò.* Monachis Caſsinenſibus debitam eſſe de jure, præcedentiam in omnibus Monaſteriis Ordinis, abſque ullo reſpectu, ad tempus profeſsionis, arg. eorum quæ docet Innocent. *in cap. ſedes de reſcr.* Nam propter ſingularem, & immediatam unionem, quam habent cum ſuo capite S. Benedicto, cuius ſunt membra, & cum quo faciunt unum corpus debetur illis ſpecialis honor in toto Ordine. Eo modo quo jura, & Doctores loquuntur de Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, deberi illis honorem, & præcedentiam per totam Dæceſim, propter unionem cum ſede Epiſcopali, & quia faciunt unum corpus cum ſuo Epiſcopo; facit quia unuſquiſque ſequitur conditionem ſuæ Eccleſiæ, & Monaſterii. At Monaſte-
61 rium Caſsin. antecellit omnia. Et hoc *dignitate, vigore, & honorificentia* (ut loquitur Zachar. Papa in B. ſæpecitata) ergo in iſtis debent alii Monachi cedere Caſsinẽſibus, & eos agnoſcere tanquam ſibi præcellentes. Et hoc inſinuat Idem Zachar. paulò poſt, iſtis verbis: *Ibique Abbates, & monachi, honorem & reverentiam deferant.*
62 Facit item, quia ſicut Abbas Caſsin. præcedit omnes Abbates Ordinis, ita Mo-nachi eius omnes alios Monachos, q[uia] membra imitantur caput. Unde C[...] Magn. inter ſua privilegia, cùm cre[...] Abbatem Caſſin. ſuum Capellanum [...] ſareum, & ſanxiſſet, ipſum debere [...] per accipere primum locum ad dext[eram] Impreatoris, idem ordinavit pro M[ona]chis & Capellanos eos imperiales [...] ravit, & ad dexteram ſimiliter Im[pera]toris cum ſuo Abbate debere ſedere.

*Sextò.* Monaſterium Caſſinenſe [...] gulares ſuas prærogativas non [...] nomine aliorum nec comprehendi[...] ipſis in odioſis. Imò nec in Congreg[atio]ne ab ipſo denominata, ſecus in fa[vora]bilibus. Vnde v. g. ſi interdiceretur [Con]gregatio Caſſinenſis, Monaſteri[um ta]men Caſſinenſe non cenſeretur in[terdi]ctum; ſi aliis Monaſteriis impone[retur] onus, Caſſinenſe eſſet ab illo liber[um; ſi] tolleretur aliis aliquod privilegium [Caſ]ſinenſe illud retineret, & poſſent e[ius Mo]nachi continuare in ejus uſu, niſi [ſpeci]ficè, & in individuo ſuum Mona[ſterium] inveniretur in diſpoſitione expre[ſſum; &] ſic de aliis.

Fundo me *primò* in Doctrina [...] *cap. 1. ſect. 3. num 5. pag. 77.* quòd [...] non venit nomine Monachi. Er[go] Abbas Abbatum nomine ſimplici[...] tis; At Abbas Caſſin. eſt Abbas A[bbatum]. Ergo. *Secundò* in Concil Triden. [...] *cap. 11. de Regul.* ubi licèt generali[ter ſta]tuatur, ut Regulares adminiſtra[ntes Pa]rochiam annexam ſuo Monaſteri[o ſint] ſubditi Epiſcopo quantùm ad ea, q[uæ ſpe]ctant ad ſacramentorum, & ipſius [Paro]chiæ adminiſtrationem excipiunt[ur ta]men ab hac diſpoſitione Monaſteri[a quæ] ſunt capita ſuorum Ordinum, ſeu [in qui]bus Generales habitant. Item in c[onſti]tutionibus Clem. & Vrbani VIII. [...]

decretis S. Cardinalium Congregationis ſuper caſuum reſervatorum abſolutione, de quibus *ſect. 3. cap. 5. §. 2. v. nota*. Et in quibus Roma non comprehenditur nomine Ialiæ, vel civitatum Italiæ, cùm ſit tamen caput omnium & totius orbis. Atqui Monaſterium Caſſinenſe eſt caput noſtri Ordinis ut noſtra Roma, tantumque præcellit alia Monaſteriis, quantùm Roma aliis civitatibus, quia ſicut Roma à Summo Pontifice, ſic Monaſterium Caſſinenſe à S. Benedicto trahit dignitatem & prærogativam nulli conferendam, & à nullo unquam æquandam: Ergo ſicut Concilium Trid. Sum. Pontifices & Cardinales, quando occurrit occaſio & diſpoſitio odioſa ſciverunt diſtinguere inter Monaſteria, quæ ſunt capita ſuorum Ordinum, & alia inter civitatem Romam, & alias Italiæ; ſic nos debemus ſimiliter in hujuſmodi odioſis diſtinguere inter Monaſterium Caſſinenſe, & alia, & ſemper illud excipere. Et confirmatur, quia in odioſis Eccleſia Cathedralis non venit nomine Eccleſiæ propter ſingularem honorem & dignitatem, quam à Sede ſui Epiſcopi participat, neque nomine Diœceſis comprehenditur, ſicut nec civitas, in qua Rex habitat, venit nomine Regni aut cum aliis regni comprehenditur ob eandem rationem, per *cap. Rodulphus de reſcr. c. fin. de præb.* Et notata à Gloſſ. *ibid. c. accepimus, de ætat. & qual. & c. 1. de rer. permut.* in 6. Geminian. *c. felicis. eod. de pæn.* Innocent. *cap. cit. Rodulphus.* Alex. *l. 2. ff. de verb. ſignif.* Bald. *in margar. v. civitas.* & Archidiac. *cap. quamvis 1. de præb. in 6.* Confirmatur item quia in odioſis, quod eſt duplex, non venit nomine ſimplicis, ut v. g. Parochia non venit nomine ſimplicis beneficij, at Monaſterium Caſſin. non eſt ſimplex, ſed capu, Monaſteriorum, & habet Sedem S. Benedicti, & Principatum Monaſtici Ordinis, ergo &c.

Fundo me *ſecundò* in facto Pij V. quia 68
Anno 1567. Nono Cal. Jun. pro Monaſterio S. Benedicti Valiſoleti expreſsè cavit, ne teneatur aut imponatur pro ſua parte ſeu quota; ad onera contributionum, quæ imponuntur Congregationi ab eo denominatæ ſeu Valliſoletanæ, & ejus Monaſterijs, & hoc (inquit) quia eſt caput ſuæ Congregationis, & in eo fiunt multæ Eleemoſynæ, & multa hoſpitalitas exercetur B. quæ incipit: *Regimini.* & eſt Ordine 94. in Bull. Valliſolet. Ergo à pari cū Monaſt. Caſſin. ſit caput, & Congreg. ab eo denominatæ, imò & totius Ordinis S. Benedicti, neque ſimiliter ad onera cum alijs tenebitur æqualiter, aut æqualiter cum alijs comprehendetur in diſpoſitionibus odioſis.

Fundo me *tertiò* in ipſo textu diploma 69
tum & Bullarum Sum. Pontificum & Imperatorum, de quibus in ſuperioribus, & quæ aliàs ſalvari non poſſent, niſi hanc differentiam ponamus inter Monaſterium Caſſin. & alia. Nam v. g. Zachar. Papa affirmat, quòd *Deus omnibus per totum orbem Monaſteriis Clementi bonitate illud præfecit.* Et rurſus idem, ſimul & Carolus Magn. *Caſſinenſe Cœnobium exaltantes decernimus, & in perpetuum confirmamus, ut ſupradictus locus dignitate, vigore & honorificentia præcellat omnia Monaſteria, quæ conſtituta, vel conſtituenda ſunt in toto orbe terrarum.* Et rurſus poſt pauca: *Illic lex Monaſtici Ordinis caput teneat & Principatum.* Et Calixt. II. *Patrum noſtrorum veſtigia ſequentes veſtrũ Cœnobium cæteris per occidentem cœnobijs præferendum aſſerimus.* Et Innocent. III. *Vt meritò Caſſinenſe Cœnobium omnibus per occidentem Cœnobiis dignitatis privilegio antecellat.* Et ſtatim poſt: *Dignum eſt, ut tam celebre & ſolemne Monaſterium Apoſtolica Sedes,*

*ſpecialiùs amplectatur.* Ac deinde *Patrum noſtrorum beatæ memoriæ Vrbani Calixti & Clementis, Romanorum Pontificum veſtigia ſequentes venerabile Cœnobium cæteris per occidentem præferendum aſſerimus.* Et Juſtin. Imperator. *Idem venerabilis locus ſit clariſſimus & venerabilis non ſolùm oris occiduis, verùm etiam & Eois.* At quomodo hæc omnia poterunt verificari & ſalvari, ſi eodem jure cum alijs cenſeatur? ſi eſt caput ſi tenet principatum Monaſteriorum, ſi cæteris debet eſſe venerationi uno verbo præferri tanquam præcellens, quomodo non ſemper exceptum non judicabitur in omni diſpoſitione odioſa?

7° Atque idem ego dico per proportionẽ de Monaſt. Cluniacenſi, Ciſterc. Montis Virginis Præmonſtratenſi, & alijs ſimilibus, quæ ſunt capita ſuorum Ordinum vel Congregationum, non venire earum nomine in odioſis, nam ſicut ſunt quædã privilegia, ita ſpecialia ut non cenſeantur communicari in generali communicatione privilegiorum, ita ejuſmodi Monaſteria collata ad alia, inveniuntur tot prærogativis inſignita, ut ratione dictante præſumi ſemper debeat, non eſſe intentionis Papæ, ea comprehendere cum alijs in diſpoſitionibus odioſis, niſi expreſsè, & in individuo ita ſe velle declaret.

## D U B. XXX.

### *Monachum factum Epiſcopum, an liceat eligere in Prælatum regularem?*

Ad c. 23. §. 1. ſect. 3.

### S U M M A R I U M.

1 *Monachus non debet ambire dignitates.*
2 *Neque ad has conſentire.*
3 *Monachus factus Epiſcopus non fruitur privileg. ſui Ordinis.*
4 *Manet tamen obligatus obſervantiis [...] patibilibus.*
5 *Volunt aliqui Epiſcopum poſſe eligi in [...] regularem.*
7 *Authoris eſt contraria.*
8 *Cuius rationes deducuntur & ſequen.*
8 *Inter Regulares eligendi in Prælatum [...] aſſueti obſervantiis.*
10 *Si Epiſcopus eſſet Prælatus regul. [...] primus finis, ob quem dantur Præ[...]*
11 *Ægrius illi ſubmitterentur fratres.*
12 *Repugnat naturali Ordini.*
14 *Et juri Canonico & ſeq.*
19 *Sequerentur abſurda.*
20 *Expreſsè fuit prohibitum à Papa.*
21 *Et cautum in ſingulis Ordinibus & [...]*
16 *Qui renuntiavit, non poteſt redire.*
18 *Electio debet fieri ex gremio.*
26 *Reſpondetur ad obiecta in initio pr[...] contraria.*

NON raró contingit Prælatos [...]ſiaſticos ſibi petere à Sum. Po[...] ſuffraganeos Regulares, quibus [...]rantur Epiſcopatus, in partibus [...]lium, & quia illi Sedem propria[m non] habent, ſolent in ſuis Monaſteri[is poſt] ſuam conſecrationem remanere [...] dum ad munia Epiſcopalia pere[...] ad clauſtrum redire, & de his pro[...] dubium, cui ſolvendo ego

Suppono I. Monachos non deb[ere] [a]vida electione Eccleſiaſtica offici[a am]pere, nec blandiente deſidia re[...] *c. vos autem 16. q. 1.*

*Secundò.* Non poſſe conſentire [e]lectioni ſine licentia ſuorum Su[perio]rum, aliàs non valere talem conſ[enſum] & ipſam electionem reddi irritam, *[...] Religioſus. de elect. in 6. arg. cap. ſi qu[is Mo]nachus 16. quæſt. 1. & cap. quam ſit. 11.* [...] Quæ licentia debet eſſe ſpecialis, [& ex]preſſa adeò ut generalis de conſen[...] electioni fiendæ, vel factæ qua[...]

non

[n]on ſufficiat. *c. fin. de elect. in Clem.* Tertiò [M]onachum factum Epiſcopum non gau[de]re ampliùs privilegiis ſui Ordinis, ſe[cu]ndùm Barth. à. S. Fauſto *in theſ. lib. 6.* [q]*uæſ. 194.* Roder. *to. 2. qq. Reg. 58. a. 4.* [q]ui pro hoc adducit motum Sixti IV. & [Po]rtel. *v. Epiſcop. n. 4. & in add. n. 15.* ubi [ai]t nec ejus Indulgentias poſſe lucrari. [Et]iam verò maneant Epiſcopi, ut priùs obli[gati] obſervantijs regularibus.

Certè Innoc. I. ſtatuit non debere eos [a] *proprio propoſito deviare,* ut videre eſt in [ca]p. 17. inter ejus decreta. Quod Zach. [Pa]pa innovavit in *in epiſt. ad Pipin. Epiſc.* [Ma]jor. *& proc. Franc. in Reſp. ad dub. 13.* Et [ſec]undùm hoc Bzov. *to. 13. Annal. ad An.* [12]*10. & ad An. 1252.* de duobus Epiſcopis Ciſterc. refert unum fuiſſe ab Innoc. III. [gr]aviter reprehenſum, quòd obſervan[ti]as ſui Ordinis à ſe abjeciſſet, alium ab [In]noc. IV. admonitũ ne deſereret. Nunc [ve]rò non parùm ſuper hoc negotio di[ſput]ant DD Placet autem præ cæteris o[pini]o eorum, qui dicunt, abſolvi eum ab [iis] Obſervantijs, quæ repugnant ſtatui [&] dignitati Epiſcopali, ſi quæ tamen di[ci] poſſunt repugnare) vel quæ ejus mu[ni]a & functiones impediunt non verò ab [ali]is. Et ita docent D. Tho. *2. 2. q. 185. a.* [8.] Caiet. *ibid.* Barb. *de offic. & pot. ep. p. 3.* [A]rch. *1. p. deciſ. lib. 2. cap. 58.* Portel. *v.* [E]*piſc. num. 5.* Laym. *in theol. mor. lib. 4.* [tr]*act. 5. cap. 1.* Archid & communiter Ca[n]oniſtæ in c. *ſtatutum. 18. q. 1.* In quo tamẽ [pr]o more humano ſolẽt ſinguli ſibi con[ſci]entiam formare, ut licet advertere ex [eor]um ſtudijs & operibus.

His autem premiſſis pro parte Epiſco[po]rum videtur facere ipſa ratio naturalis, [ſe]cundùm quam videmus inferiora ſem[p]er regi à ſuperioribus, ut à primo mobi[li] orbes inferiores, aſtra minora à Sole illuminari, imò & Angelos à Superiorib. purgari, illuminari ac perfici, unde quiã Religioſi ſunt in ſtatu perfectionis acquirendæ, Epiſcopi acquiſitæ magis congruum videtur, ut ab his regantur, quàm ab alijs ſibi ſimilibus facit itẽ praxis præteritorum temporum, in quibus Epiſcopi regebant Monaſteria & Monachos, ut Martinus, Auguſtinus, Fructuoſus, & a- 6
lij ſimiles viri ſanctitate conſpicui, ſub quorum Regimine etiam vel maximè floruêre Monachi, & Status monaſticus.

Sed his non obſtantib. ego contrariã 7
partẽ teneo primò, quia Epiſcopi in ſua aſſumptione relinquunt clauſtrum, & clauſtralia exercitia, aut ſi in Monaſterio remanet aliquis, id non facit, niſi vel ex neceſſitate, vel certè ex arbitrio, contra rationem autem videretur eſſe ei clauſtri regimen committere, qui in eo non manet niſi ad placitum. Unde Clem. VIII. in 8
decretis pro Reformatione Regularium nu. 36. ſpecialiter cavit: ut *Ad officia, Gradus & Prælaturas illi præcipuè eligãtur, qui poſſint & conſueverint Reg. Ordinis & conſtitutiones obſervare, præſertim ad ſervitium Chori veſtitum, & cibum communem pertinentes.* Quæ omnia, cùm non ſervent Epiſc opi, patet quàm incongruum foret eis ipſorum curam relinquere.

Et confirmatur, quia ſicut jura & DD. 9
non permittunt ut vidua vel corrupta eligatur in Abbatiſſam, ut ait Gloſſ. *c. juvenculas. 20 q. 1. & c. indemnitatibus. de elect. in 6.* Archid. & Dominic. *eod.* Abb. *c. cum in cunctis. extra. eod.* Rod. *to. 1. qq. Reg. 64. a. 4.* Laym. *l. 3. ſect. 3. n. 8.* Et Læſan. *to. 1. c. 26.* ubi ex manuali Gavant. ita deciſum à S. Card. Congr. refert, cum Barb. *in collect. Bull. v. Abbatiſſa & v. vidua.* Nempe, *quia non poteſt eſſe hortatrix ad Virginitatẽ, quæ ipſa non eſt Virgo. c. una tantùm. d. 26.* Sic certè nõ poteſt eſſe hortator obſervantiarũ regular. qui ipſe illas non ſervat. *c. primũ. fin. d. 25.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

10 *Secundò* ſic impediretur præcipuum bonum, & finis propter quem Superiores dantur Regularibus. *Si poteſt fieri quantos paſſus ambulat Monachus, vel quot calices aquæ bibit, debet ſenioribus revelare*, inquit S. Anton. apud Ruffin. *de verb. Senior. n.* 176. hoc eſt quòd Religioſus debet pendere à nutu Superioris quoad omnia, & ut ait S. Bened. *in Reg. c. 67. Nihil omnino (quamvis parvum, ſine juſſione Abbatis facere)* Et ſic opus eſt Religioſis frequentiſſimo acceſſu ad ſuos Superiores, quem quidem acceſſum facilem reddit æqualitas in eo, qui acceditur, ut docet Caſſian. *coll. 1. cap. 13.* At quis poſſit hunc acceſſum, & tam frequentem, & tam facilem ſperare ab Epiſcopo functionibus Eccleſiaſticis, & exterioribus negotijs detento, in quo nihil Religionis amplius videtur, & à quo non poteſt obtineri gratia, niſi priùs habitâ licentiâ ab ejus famulis accedendi ad ipſum.

Nec refert, quòd detur Religioſis vicarius vel Prior, ad quem recurrant in ſuis neceſſitatibus quia inde ſequuntut plurima inconvenientia, nimis de ſe nota.

11 *Tertiò* experientia docet, quòd talibus Prælatis, ægrius & difficilius ſubiiciuntur Religioſi, neſcio quid enim antipatiæ occultæ, & naturalis intercedit inter ſtatum religioſum, & Epiſcopalem, & ſi Religioſi non potuerunt pati jugum Epiſcoporum in rebus generalibus, in quibus cæteri fideles, etiam Laici illis ſubiiciuntur, ſed exemptiones ſibi quæſierũt, quomodo eis ſubiicientur & in illis & in omnibus aliis, ut debent ſi dentur eis in Prælatos.

12 *Quartò*, certè videmus, quòd ſecundũ naturæ ordinem in qualibet ſpecie præſidet unum individuum non alterius, ſed ejuſdem ſpeciei, ut aquila volucribus, & leo feris, non leo volucribus, aut feris aquila. Imò in ipſorum Angelorum H[ie]rarchijs, cuilibet Ordini præeſt [...] non alterius, ſeu eiuſdem, cum [...] omnes ſeu familiæ ſeu Reſpublicæ [...] munitates ordinentur per propo[...] ad naturalia, omnino convince[...] peccare contra naturam, qui Mon[...] non Monachum, ſed Epiſcopum [...] ceret, nam & pro lege ſolet allegan[...] naturalis. *l. ſcire oportet ff. de excuſ.*

Confirmatur, quia omnis varie[tas] ſtatuum, ſeu ſpecierum permixtio [...] per fuit in omni gente damnata, & [...] ræ exoſa, nam & animalia ſexus [...] tis, ſeu dubii generis, aut quæ viv[...] duobus elementis, & tanquam mal[...] nis, & malum portendentia, nota[...] ſapientibus, ut videre eſt apud Pie[...] & tanquam noxii alimenti reprob[...] à medicis, ut monet Grattarol. *lib. de* [...] *ſer. ſtudii valetud* Hermaphroditas [...] leges, ab omni dignitate, & à ſacri[...] dinibus canones *tit. de corp vitiat.* M[...] tanquam immundum animal ſibi o[...] in ſacrificium prohibet Deus. Qu[...] populum ſuum arare in bove & aſin[...] indui veſte ex lana, & lino contex[...] *vit. 19. & Deuter. 22.* At nunquid de b[...] cura eſt Deo? de lana vel lino? haud [...] quàm, ſed his & ſimilibus præcepti[...] luit confirmare ſeu prævenire hoc [...] dicimus, & oſtendere, quantum [...] ſpliceat inter homines ſtatuum & c[...] tionum permixtio, quam nec in [...] inanimis & brutis animantibus to[...] Quid enim aliud eſt indui veſtes e[...] & lino texta, niſi cuculla Monaſtica [...] parum Epiſcopale ſuperinduere? Qu[...] bove & aſino arare, niſi dignitati Epi[...] pali ſociare clauſtralem? At ſi hanc p[...] mixtionem non voluit Deus in Iudæ[...] lerare, quomodo in ſua Eccleſia ea[...] rabit Chriſtus? Quis audebit ſe (cum [...]

deri[t]

derit in ſua Maieſtate) oculis ejus præſentare, cum ſupparo & cucullo? Monachum ne ſe dicet an Epiſcopum? *&c.*

*Quintò.* Sicut officiis ac beneficiis ſæcularibus non poſſunt præfigi Monachi, ut cum Panor. communiter tradunt DD. in *cap. ſuper eo. de Regul. & c. quod Dei timorem, de ſtat. mon.* Sic nec Regularibus ſæculares, ut notat Hoſt. *in ſum. lib. 3. tit de ſtat. mon. nu. 11.* Et expreſſè cavetur *in clem 1. de ſup. negl. præl.* Ac innovatum fuit in Concil. Trident. *ſeſs. 14. c. 10.* Quia locus religioſus debet regi à Religioſis. *c. cum quatuor de rel. dom.* Et eſt univerſalis Regula, quod Regularia Regularibus, & ſæcularia ſæcularibus danda ſunt. Quam DD. colligunt ex *c. poßeßiones, de reb. eccl. non alien & c. cum de beneficio. de præb. in 6.* Sed Epiſcopi ſunt perſonæ ſæculares, & ſæculo reſtituti. *clem. cum rationi. de elect.* Et à jugo monaſticæ Profeſſionis abſoluti. *cap. ſtatutum 18. q. 1.* Ergo non poſſunt præfici beneficiis, & officiis regularibus.

*Sextò.* In *cap. ad noſtram. c. cum cauſam. & c. cum in magiſtrum. de elect.* Expreſſè cavetur, ne non Monachus ſeu non Profeſſus eligatur in Prælatum regularem. Ac ſtatuitur Abbatem debere monachari: hoc est obſervantiis monaſticis vacare. At Epiſcopus aſſumptus ex ſuo Ordine non eſt amplius Monachus, nec monachatur, ſed perinde eſt, ac ſi nunquam fuiſſet Monachus, ergo non poteſt eligi in Prælatum Monachorum, ſeu regularem. Unde S. Gregor. relatus in *c. præsbyteros. 16. quæſt. 1.* ſic ſcribit, pro hac cauſa ad Epiſcopum Syracuſan. Præsbyteros (inquit) *Diaconos, cæteroſq. cuiuslibet ordinis clericos, qui Eccleſiis quoquo modo militant Abbates per Monaſteria nullo modo eße permittas, ſed aut omiſſa clericatus militia, Monaſticis non promoveantur Ordinibus, aut ſi in Abbatis loco permanere decreverint Clericatus nullo modo permittantur habere militiam. Et decreti huius ſui rationem reddens. Satis enim* (inquit) *incongruum eſt, ſi cùm unum ex his præ ſui magnitudine, diligenter non poſsit quis explere, ad utrumq. iudicetur idoneus.*

Confirmatur, quia ſicut Epiſcopus qui 16
renunciavit dignitati, ut ad Monaſteriũ tranſeat, non poteſt pænitere, & ad dignitatem redire. *cap. hoc nequaquam 7. q. 1. & cap. poſt translationem. de renunt.* ſic poſtquam Monachus tranſivit ad Epiſcopalem ſtatum, non poteſt redire ad Monaſticum, ut in illo promoveatur, Idque ſive abdicato Epiſcopatu, cùm ei non liceat *cap. ſicut vir 7. q. 1.* Sive eo retento, cùm non poſſit cum legitima ſponſa cõcubinam tenere, ut ſcitè quidam Epiſcopus Pariſienſis reſpondit apud Rebuff. *in pra. benef. tit. de commend.*

Confirmatur, item quia Regularibus 17
debet dari Prælatus non ſolùm, qui ſit Regularis, ſed etiam eiuſdem habitus, & Regulæ. *cap. in nona 16. quæſt. 7. & clem. 1. de elect.* At Epiſcopi aſſumpti non ſunt ampliùs eiuſdem Regulæ, utpote ab illa abſoluti *cap. ſtatutum. 18. q. 1.* nec eiuſdem habitus, utpote quibus in jure, & in põtificali proprius aſsignatur, ergo *&c.*

VII. Electio debet fieri de gremio. *cap.* 18
*nec emeritis. d. 61. & cap. Abbatem. 18. q. 11.* Sed aſſumptus ad Epiſcop. non eſt ampliùs de gremio, neq; ord. neq; Monaſterii, ergo non poteſt eligi, ſed deberet poſtulari juxta *cap. etſi. de poſt. præl.* Cùm autem poſtulatio non fiat niſi apud Papam, relinquitur, quòd ſine ſpeciali ejus licentia & diſpenſatione non poteſt ullus Epiſcopus vocari ad Prælaturam regularem, ſin autem electionem futuram nullam, quia nulla eſt electio, quando eligitur poſtulandus, ſicut quando poſtulatur eligẽdus. *c. Abb. de verb. ſignific. & Gloſſ. c. cit. etſi.*

VIII. Se-

19 VIII. Sequeretur abſurditas, & implicatio non parva, quia ſic electus deberet eſſe ſubditus Superioribus maioribus Ordinis, & tamen non eſſet ſubditus primùm ratione officii regularis, quòd gereret. Secũdùm ratione characteris Epiſcopalis. Iam autem ego quæro ulteriùs ſi contingat Dominum Epiſcopum delinquere, à quo punietur? An à Prælatis Ordinis, quibus maior eſt? At maiores non poſſunt à minoribus iudicari. *cap. ſubmittitur d. 31.* Nec minorum ſententiæ valent ligare maiores. *cap. in tantum eod.* Ergo vel manebit impunitus cum ſcandalo fratrum, & everſione Religionis, vel punietur cum characteris ignominia.

20 Sed dubium omne ſuſtulit Paul. IV. ſua conſt. quæ incipit: *In ſacra beati Petri ſede.* publicata die 22. Iul. an. 1559. Cuius inter alios meminêre Portel. *v. Epiſcopus num. 7.* & Quar. *v. electio. in fine.* Quæ ſic habet: *Motu proprio, & ex ſcientia certa noſtra volumus, & Apoſtolica authoritate mandamus, & ordinamus, quòd nullus cuiuſuis Ordinis, aut Religionis profeſſus Epiſcopus, aut Archiepiſcopus, poſtquam munus conſecrationis ſuſceperit (etiamſi à vinculo Eccleſiæ cui præfuerat, per ſedem Apoſt. abſolutus eique, quòd in ſuo Ordine permanere, & ad dignitates, officia, & ſuperioritates aſſumi poſſit, eaſque retinere conceſſum foret) ad dignitates, officia, & ſuperioritates eiuſmodi, cuiuſcunque qualitatis exiſtant, & quovis nomine nuncupentur, eligi, aſſumi, aut obtinere nullatenus poſſit. Et intelligimus, ut ad ea obtinenda prepetuò inhabilis exiſtat. Ac quævis indulta, conceſſiones, diſpenſationes, facultates, ac aliæ gratiæ, tam per litteras Apoſtolicas à nobis, & ſede prædicta etiam in forma Brevis, quàm à Superioribus dictorum Ordinum, ac quibuſvis aliis etiam ad id poteſtatem & auctoritatem habentibus, ſub quibuſvis tenoribus & formis conceſſa, & concedenda impoſterum, nulla & invalida, nullius roboris vel momenti ſint, & eſſe cenſeantur. [...] quis de cætero eum ad dignitates, officia, [...] perioritates eiuſmodi ſcienter elegerit, [...] gendi perpetuò careat, Et voce activa [...] ſiva eo ipſo privatus exiſtat caſſantes, [...] tes ac decernentes irritum, & inane, [...] ſuper his, à quoquam, quavis auctoritate [...] ter aũt ignoranter contigerit attentari [...] obſtantibus &c.*

Ad quæ conformiter in omnibus [...] Ordinibus cautum fuit per ſtatuta [...] cialia, ne ſic aſſumpti, ultra eligi [...] ad ullum officium, ullamve Prælaturam [...] ut in Ordine, ſeu Congregatione Ciſt[...] ut videre eſt in ſtatutis impreſſis [...] 1316. diſt. 8. ubi ſic dicitur: *In electione Abbatum Ordinis, nulli patres Abbates [...] eorum Commiſſarii impediant eligentium [...] tatem, ſub depoſitionis pæna. Nec contra [...] mam ordinis à ſuis patribus obſervatam [...] ipſis electionibus præſumant procedere, [...] taliter, & conformiter ſtudeant obſervare [...] tinentiam clementinæ.* puta illius, quæ [...] cipit: *Cum rationi. de elect.* in qua [...] bentur præfici Monachis perſonæ di[...] ſæ conditionis, vel diverſi habitus [...] ſunt Epiſcopi.

Et in Ordine Prædicator. in cuius [...] ſtitutionibus impreſſis Romæ ann [...] *d. 2. capit. 13. numero 6.* ſic habetur: *[...] res beneficiatos, vel ad beneficia habilitatos [...] habiles reddimus ad prælationem in Ordine [...] ſtro Nec aliquis illorum activam aut paſſivam vocem habere poſſit, niſi ante renuntiaverit [...] inſtrumentum, & acceptata ſit renuntiatio [...]*

Et in Ordine Carmelit. Nam in [...] quam Calixt. III. ſuper hac materia [...] illo edidit, & deinde Sixt. IV. per modum privilegij inſeruit mari magno eiuſdem Ordinis ſic uterque Pontifex loquitur: *Hac irrefragabili conſtitutiõe perpetuò valitura conſtituimus, quòd nulli beneficia ſæcularia, [...]*

regula-

*regularia obtinentes, aut qui futuris temporibus qualibet obtinebunt, etiamſi poſtea illa dimiſerint, in Capitulis generalibus ſeu Provincialibus, ſeu Negotiis, Officiis vel aliis Adminiſtrationibus Ordinis admittantur ſub excom. pœna, quam admiſſi, & admittentes, ipſo facto incurrunt.*

Eandem conſtitutionem extare in ſuo Ordine Minorum teſtatur Roder. *to. 1. q. Reg. 34. a. 5.* nbi ſub ijſdem ferè verbis eam refert, nec dubium, quin etiam in alijs Ordinibus & Congregationibus idem obſervetur. Quòd poſſet probari inductione, ſed ſuperſedeo, ut reſpondeam ad allegata in initio favore Epiſcoporum.

Ad quæ ego Reſp. congruum quidem eſſe, ut Inferiores regantur à Superioribus, & Epiſcopos eſſe in Statu Perfectionis, ſed ſatis dubito, an ſint omnes perfecti, & præcipuè illi, qui favore aut vijs illaudabilibus à clauſtro ad infulas aſſumuntur. Nam ut jam dudum ſcripſit S. Cyprian. *lib. de dup. Martyr. circa finem. Non locus deſertus ſaccus pro veſte, legumen pro cibo, neq; jeiunia, neque cameuniæ Monachum efficiunt. Sub his involucris latet interdum animus valde mundanus, quod ita deprehenditur, ſi ad munus aliquod Eccleſiaſticum vocentur. Ibi videas quoſdam ex illis facillimè vindictæ impatientiores iniuriarum, appetentiores vindictæ, quàm quivis ſit alius ex infima plebe. Quid cauſæ eſt? Quoniam corpus exercuerunt magis quàm animum.* Verùm quidem eſt, Martinum rexiſſe Monachos, Auguſtinum Fructuoſum, & alios ſimiles ſanctos Pontifices, ſed ſuſcitetur Martinus, ſuſcitetur Auguſtinus Fructuoſus, & his ſubmitto non unum Monaſterium, ſed integras Congregationes, integros que Ordines, nunc autem, cùm Spiritus eorum defecerit in multis, qui eorum charactere gloriantur, non mirum, ſi eorum jugum Religioſi refugiunt, & à ſeipſis, & ſuis regi volunt ob rationes in ſuperioribus deductas.

## DUB. XXXI.

### *An Prælatus Regularis factus Epiſcopus retineat aliquam Iurisdictionem in ſuo Monaſterio?*

Ad idem Cap. 23.

### SUMMARIUM.

1 *Prælatus regularis factus Epiſcopus, nullam juriſd. retinet in ſuo Monaſterio.*

2 *Hoc probatur per Iura & ſeq.*

4 *Prævenitur Obiectionibus.*

*Abbas factus Epiſcopus mutat titulum, & fit Commendatarius ibid.*

HOC dubium movere cogit malitia temporis, ad quod ego reſpond. negativè cum Tambur. *tom. 1. de jur. Abb. d. 5. q. 25.* Et probatur ex triplici loco juris Canonici, nempe *1. ex c. ne pro cuiuslibet. 16. quæſt. 7.* ubi S. Gregor. ſcribit ad Marinian. Epiſc. in hæc verba: *Studendum vobis eſt, ut ſi quiſpiam Abbatum vel Monachorum, ex quocunque Monaſterio ad Clericatum officium vel Ordinem ſacrum acceſſerit, non illic aliquam ulteriùs habeat poteſtatem* Ubi Gloſſ. per Ordinem ſacrum ſpecialiter intelligit non Sacerdotium, vel Diaconatum (quia ſupponuntur Abbates habere hos Ordines, qui etiam non repugnant, imò maximè decent Prælatum regularem, ſed Epiſcopatum, qui eſt incompatibilis cum Officio regulari, quia ut dicit idem Gregor. *in cap. nemo eod. Nemo poteſt & Eccleſiaſticis officiis deſervire, & in Monachica Regula ordinatè perſiſtere, ut ipſe Monaſterii diſtrictionem teneat,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*neat, qui quotidie in Miniſterio Eccleſiaſtico cogitur permanere.* Quod in particulari & ſpecificè de Epiſcopis intelligendum dicit Auguſt, *in c. legi. eod.*

2 *Secundò* verò idem probatur ex *cap. ſi quis jam translatus. 21. q. 2.* Vbi Concilium Calcedon. decernit, ut qui de una Eccleſia transfertur ad aliam, nihil ampliùs commune habeat cum priori, & ait *ibi* Gloſſ. Concil. loqui contra quoſdam, qui cùm translati erant ad alias Eccleſias, volebant tamen adhuc præſidere in priori, & in ea jurisdictionem exercere, at quando Prælatus regularis aſſumitur ad Epiſcopatum, fit vera & propriè dicta translatio, ergo &c.

3 Demum *tertiò* idem probatur per *clem. ſi dignitatem. §. plures de præb.* ubi acceptans ſecundam dignitatem ſtatim privatur priori, quam habuit, & hoc tam abſolutè, ut ſolus conſenſus in illam ſecundam ſufficiat, ut ex pluribus docet Maſcard. *to. 1. de probat. concl. 183.* Atqui non poteſt amitti prior dignitas, niſi ſimul amittatur jurisdictio ei annexa, ergo ſicut vi huius diſpoſitionis Prælatus regularis factus Epiſcopus amittit ſuam dignitatem regularem, ita & omnem jurisdictionem in Regulares, & in Monaſterium ſuum.

4 Nec juvat, quòd per diſpenſationem Apoſtolicam permittatur utrumque retinere, quia non permittitur retinere beneficium regulare, Abbatiam vel Prioratum, niſi ad effectum percipiendi reditus, & fit de Abbate vel Priore titulari Commendatarius, quia ſicut nemo poteſt ſimul habere duas Uxores, ſic neque duo beneficia in titulum, & maximè ea, quæ habent annexam curam animarum, in quibus ſpirituale matrimonium celebratur, unde quia talis ſupponitur accipere Epiſcopatum in titulum, relinquitur, quòd ſi retinet Abba[...] vel Prioratum non retinet niſi in [...] mendam, & ex Abbate vel Priore [...] lari, fieri commendatarium, & qui[a ju]risdictio eſt annexa titulo, non com[men]dæ, ideo per amiſſionem tituli i[n] Monaſterio amittit in eo jurisdi[ctionem] & nullum jus ampliùs habet, n[iſi ad] percipiendos fructus ſuæ menſæ, [...] quam Commendatarius, & Com[menda]tarius.

## D V B. XXXII.

### *An pæna verberum juſta & tol[...] inter Regulares?*

Ad c. 23. de Præl. jurisd. §. [...]

## S U M M A R I U M.

1 *Pænæ verberum uſus inter Regulares.*
2 *Qui reprobatur.*
2 *Romanum Civem illicitum fuit flagel[lare.]*
3 *Et hanc pænam Paulus detrectavit.*
4 *Angeli non apparent niſi veſtiti.*
5 *S. Ammonius horruit nudare pedes.*
6 *Fæminæ debent velare caput.*
7 *Quorundam Martyrum corpora mira[...] ruit Deus.*
11 *Et Adæ fecit tunicam pelliceam.*
8 *Iure Canonico prohibitum aliquem [fla]gellare.*
9 *Scandala oriuntur ex hoc pæna gen[...]*
10 *In quo aliquid inuſtitiæ involvitur.*
12 *Reſpondetur rationibus in oppoſitum [...] & ſeq.*

PRO parte affirmativa faciunt [...] nulli canones, in quibus pro [...] delictis certo Perſonarum gene[...] pæna irrogatur, *ut in Capitulo [...] d. 35. capitulo quis nos 23. quæſt. 4. [...]*

...*celliones. eod. quæſt. 5. &c.* *Secundò*, Aucto-...as Regularum ipſorum Ordinum Re-...oſorum, in quibus jubentur certa de-...hac pæna coerceri. Et *tertiò* ipſa pra-..., quæ dudum viget in illis, de quo vi-...poſſunt Petr. Damian. *lib. 2. Epiſt. 4.* ...*6. Epiſt.* 1 & Anſel. *lib. 3. Epiſt. 50.* ubi pænitentiæ & mortificationis genus ...parum extollunt, nec paucis ad-...unt, & ſuadere conantur.

Sed his non obſtantibus, quamvis non ...ullius Ordinis laudabiles conſue-...nes carpere, ego in contrariam men-...eo. Enim verò lex portia, ut ait Cice-...*orat. pro quin. rabir.* Prohibet civem ...anum cedi virgis, cujus legis, & ...nor Paulus excepit, cùm flagellari ...us eſſet, dicens: *act. 22. Si hominem Ro-...licet vobis flagellare?* At ſi nomen ...is & dignitas Romana talis olim pu-...eſt, ut nefas, & quaſi ſacrilegium ju-...aretur, Romanum huic pænæ generi ...jicere, etiam cujuſcunque criminis. An religioſi Status dignitas minor? ...conditio vilior? An in ſuos ſubditos ...miores gentiles Principes, quàm ...lati regulares in ſuos fratres?

Sed qui putamus Paulum, qui tot nau-...giis, tot lapidationibus, tot periculis, ...verbo, tot mortibus ſe expoſuerat ...pidè detrectâſſe flagellari? An pati ...pro Chriſto recuſabat? An fervorem re-...iſerat? Haud quaquam, ſed inſigne hoc ...pudoris, & pudicitiæ exemplum dare vo-...it. Si potuiſſet Paulus flagellari, & nu-...tis. Si cædi non patere nudo corpore a-...obtutibus, quàm putas hilariter ad ...flagellaviſſet, quàm promptè terga de-...diſſet? Sed caſtiſſimus Apoſtolus nudita-...tem ſuam exhorrens, ac diriùs omni alio ...ſupplicium reputans, nimisque naturæ ...contrarium. Qui aliàs gloriabatur in ſuis ...tribulationibus. Et Stigmata Domini JESU in ſuo corpore portare gaudebat, nimio pudicitiæ & caſtitatis zelo ſuccenſus ſui quaſi obliviſcitur & pati detrectat, quo nos intelligamus, non ſatis eſſe pati, & vitia corrigere, ſed in pænis eſſe diſcrimen, & in modo patiendi pudori eſſe parcendum, & ab his, quæ naturæ jura convellunt abſtinendum.

Angelicum ſtatum vitamque Angeli- 4
cam profitentur Religioſi, qui vocantur à Patribus Angeli, ut eorum Prælati Archangeli. Et mores igitur imitentur Angelicos neceſſe eſt. Sed quos? Certè quales habeant Angeli mores, aut quomodo inter ſe converſentur, ignoramus. Unum tamen ſcimus, & compertum habemus, quòd cùm frequenter apparuiſſe legantur, nunquam tamen nudi viſi ſunt, ſed ſemper veſtiti, & non taliter, qualiter, ſed veſte talari, quo nos modeſtiam doceant, & pudicitiæ ſtudiũ noſtris animis generent.

S. Ammonius, ut habetur in vita ſan- 5
cti Antonij, cùm (etiam ſine arbitro) rivum quemdam tranſiturus, pedes nudare horreret, ſubitò ad alteram ripam Miniſterio Angelico transfertur. Et non horrebis nudare alteri, non dico pedes, ſed tergum, ſed pectus, & fortè inferiora? Et hoc fratri? Et hoc in publico & in conſpectu totius Conventus.

Etiam ipſam faciem jubet Apoſtolus 6
mulieres velare propter Angelos. At propter eoſdem Angelos, an non noſtris fratribus ſuarum veſtium operimentum relinquemus; & hoc partium longè diverſarum, & longè verendarum à facie.

Quid memorem Beatas Agnetem, Pe- 7
lagiam, Mariam Ægyptiacam, aliasque ſimiles, quas proprijs crinibus ſubitò excreſcentibus, veſtivit Deus, aut inſolito lumine circumfulſit, ne cum ve-

V v ſtibus

ſtibus orbæ forent, nudæ ſibi vel alijs apparerent. Etiam inſenſibilia, & mortua Martyrum cadavera, nive repentina cæli tegere dignati ſunt aliquando, ut ejuſmodi extraordinario operimento nobis commendarent pudicitiam, quam beatæ animæ, talia corpora inhabitantes olim profeſſæ fuerant.

8 Quòd ſi neque pudicitiæ ſtudium, neque Sanctorum exempla, neque Romanorum & Gentilium leges ſint ſufficientis efficaciæ ad probroſum hoc pænæ genus abrogandum in clauſtris, en jam dudum ſublatum & abrogatum antiquis Patrum & Conciliorum Sanctionibus oſtendo. Nam ut videre eſt in *c. neminem. d. 45.* Concilium Romanum ſtatuit, ut *neminem quiſquam Clericum peccantem cæde attingat, non Præsbyter, non Diaconus, non Epiſcopus, Clericum vel Servitorem Eccleſiæ, ad cædem adducat, ſed ſi ita cauſa exegerit Clerici, triduo privetur honore.* Et in *cap. Epiſcopum. eod.* Prælatus qui verberibus timeri quærit, præcipitur ab officio deijci. Nimirum quia *Paſtores facti ſumus, non Percuſſores. cap. quid autem. eod.* Unde S. Leo in *in cap. licet eod. Quamvis nonnunquam accidant in Perſonis Sacerdotalibus, quæ ſunt reprehendenda, plùs tamen agere debet benevolentia, quàm ſeveritas, plùs cohortatio quàm comminatio, plùs charitas, quàm poteſtas.* Et in *cap. cùm beatus. eod.* Monentur Superiores, ut ſuos inferiores verbis non verberibus corrigant. Quorum jurium, aliorumque ſimilium authoritate moti olim Patres, & Abbates noſtri Ordinis ſancti Benedicti Anno 819. ſeu ut alij volunt 817. congregati ſub Ludovico Pio VI. Id. Julij apud Aquiſg. ſtatuerunt inter diverſa alia pro bono Ordinis: *ut Fratres nudi coram Fratrum obtutibus, pro quacunque culpa non flagellentur.* Ut videre eſt in ... *1. ad capit. Lud. Imper. tit. 14.* De quo ... tuto, alijſque conjunctim editis in ... Synodo teſtantur Leo Hoſt. & ... Diac. in *ſuo Chron. Caſin.* (a) In ... fuiſſe æſtimatione, quâ ipſa Regul... cti Benedicti & eadem Religione ... vata. Et ſic cùm prædicti Abba... præſentaverint univerſum Ord... utpote ad modum Concilij, & Ca... generalis congregati, annuente ... probante Sum. Pontifice, & p... verſo Ordine ſtatuta illa ediderin... linquitur, quòd per illud (de q... pra) uſus verberum fuit in illo ... tus, & jam eſt illicitus, & ita inte... tenet Lopez. *in pract. crim. 137.* (b) ...

Mitto ſcandala, rixas, det... nes, odia occulta, vindictas qu... Perſonarum ſeparationes, ac ali... cenda, quæ ex hoc pænæ g... ſciuntur alquando proveniſſe, i... ordinariè proveniunt, mitto, in... quod admodum difficile eſt, ut ... non excedatur, dum naturali... dam bilis motu, quaſi inadver... exardeſcit Prælatus, inflamma... feratur, ac tandem ſanguini & ... inſueſcens, evadit in parvum c... cem, nemo enim negabit, quin ... modo ſævitiam redoleat hoc a... verſionis genus, unde & videmus ... latos prudentiores, & magis e... ab eo abſtinere.

Ut interim non taceam, no... injuſtitiæ in eodem reperiri. Jur... prohibent duplici pæna, quem a... quod tamen hîc contingit, qui...

(a) Lib. 1. c. 14.
(b) In Congr. Caſſin. hujus pænæ nullus ... In Helvetica verò fuit per conſtitutionem ... sè prohibita.

tas eſt

... eſt pæna major ipſis verberibus, & ... ſupplicium, dum autem condem... quis ad verbera cogitur, ſimul ... probroſam nuditatem, & ſic ... una ſed duplici pæna atteritur con... juſtitiam, quod maximè ponderan... venit in perſonis Religioſis.

Dicis, meretur reus hanc pænam, & ... peccando pudorem exuit, huic pu... pænæ ſubijci. Sit ita, mereatur, ... fratres præſentes non merentur ... hoc ſcandalum, non merentur ... oculi, oculi inquam caſti paſci ... objecto. Quis magis reus, quàm ...? quàm Eva? quorum reatus ad ... omnes derivatur, & tamen cùm ... tegenda ſua nuditate feciſſent ſibi ... zomata, nec fuêre à Deo (etiam in ... & juſtitiæ ſuæ fervore hoc ſolatio ... Quin potiùs & ipſe compa..., & in tali verecundiæ ſtudio ſuffra..., *fecit eis tunicas pelliceas*, ut meliùs, ... una parte corporis ſed ipſo toto ... tegerentur. Quòd ſi non vo... Deus hominem nudum ſibi adſta... in jus vocatum ſuſtinuit, ſine ve... dicere, quis ſuſtineat fratrem ... prætextu correctionis coram ... ſuis nudari, angariari, & cædi? ... habet oculos minùs pudicos, ... par eſſet aut plùs participat de ge..., quàm de differentia, quia ſola ... animantia ſunt, quæ non mo... pudore aut verecundia.

Nec me movent allegata in contrariũ, ... quantùm ad canones & Regulas ... Religioſorum, non im... poſſet dici, fuiſſe illis derogatum ... poſteriora jura. Quibus addo, quòd ... dictiones flagellare, verberare, vin... corporali ſubijcere, vel diſcipli... regulari, & aliæ ſimiles, quibus u... antiqui canones, & antiquæ regulæ, non ſemper ſumuntur tam ſtrictè, ut ſignificent hoc ſolum pænæ genus, de quo nos loquimur, ut patet ex ſacra Scriptura & Lexico.

Ad praxim verò quæ allegatur. Reſp. 13
omittendam & corrigendam eſſe ob rationes allegatas, nam ut ait Poeta. Temporibus leges, ſapiens ſine crimine mutat. Quòd ſi in contrarium quis obſtinatius inſtiterit, R. peccari in modo, & ſi tandem ad hoc pænæ genus deveniendum eſt, debet ipſe reus in ſeipſum animadvertere, debent claudi feneſtræ, uno verbo debet ſic procedi, ut vitia corrigantur, & pudicitia, pluſquam Angelica, ad quam obligamur, non violetur, ne dum fortè unum peccatorem emendare ſatagimus, plures alios faciamns.

Ad authoritatem autem Petri Dam. 14
& Anſelm. R. non poſſe ex eorum Epiſtolis aliud colligi, niſi ſingularem eorum humilitatem & affectum ſeu devotionem erga hoc pænitentiæ, & mortificationis genus, non verò poſſe inde dogma univerſale ſtabiliri. Fuêre quidam olim Hæretici dicti flagellantes, qui diſciplinas ejuſmodi Martyrio præferebant, ut refert Bernard. de Luxemb. *in cat. hæreſ.* Atnum ideo & nos præferemus? Multi Prælati parum mites, multi Religioſi parum humiles. Quid ergo futurum erit? Num aliæ pænæ ſuppetunt, & alij modi corrigendi delinquentes? Quis ſuadebit iſtum, cujus eventus eſt adeò dubius.

## D U B. XXXIII.

*An Prælatus incidat in pœnam cap. ſi quis ſuadente 17. q. 4. Aut in aliquas alias, ſi excedit in correctione?*

### Ad eundem §. 3.

### SUMMARIUM.

1 *Prælatum excedentem in correctione non incidere in ullam pœnam, tenent aliqui.*
2 *Author eſt contrariæ opinionis.*
3 *Quale jus correctionis habeant Prælati regular. & 4.*
5 *Id ſolùm dicimur poſſe quod juſtè.*
6 *Ad pœnam can. ſi quis ſuadente, ſufficit percutere ſuadente diabolo.*
7 *Iura faciunt ei obnoxium Prælatum, qui in ſua correctione excedit.*
8 *Et aliis pœnis & ſeq.*
10 *Authores allegantur, qui ſunt huius opinionis & ſeq.*

DVobus modis poteſt intelligi hìc exceſſus; nempe ſcilicet, aut ratione qualitatis pœnæ, quæ infligitur,
1 aut ejuſdem quantitatis, ſeu productionis vel intenſionis; Quomodocunque autem contingat, non deſunt Prælati, qui putent, ſe nullam cenſuram, nullamve aliam pœnam poſſe inde incurrere. Ratio eorũ eſt, quia Prælatus erga ſibi ſubditos fungitur officio Patris & Magiſtri. *c. duo iſta. 23. q. 4. & c. cùm in Magiſtrum. de elect.* Imò & Judicis. *cap. Abbatem. & ſeq. 18. quæſt. 2. & cap. decernimus, de judic.* Jura autem permittunt talibus, percutere filios vel diſcipulos & ſubditos. *l. unic. C. de emend. prop. l. 3. & 4. eod. de patr. pot. l. ſed etſi quæcunque & ſeq ff. ad l. aquil.* Gloſſ. *cap. cum beatus. d. 45. cap. nullus Clericorum 17. quæſt. 4. & cap. circumcelliones 23. q. 5.* Qui autem facit aliquid jure permittente, ut eſt immunis à culpa, & liber à pœna. *l. Gracch. C. de adult.*

Sic mihi aliquando loquebatur nemo, cujus ego diſcurſum veriſſimè quidem agnoſco, ſed ineptiſſimè applicatum ad ſolvendum dubium propoſitum, aut ad excuſandos cujuſquam exceſſus. Enimverò Jura concedunt correctionem Parentibus & Magiſtris, quis, & Prælati Regularium ſunt loco Parentum & Magiſtrorum. An inde? Ergo habent jus correctionis in ipſos? Ita eſt. At an item jus excedendi in ſuis correctionibus? An correctio excedens, vel ipſe exceſſus poteſt dici lari correctio? Si eſt correctio ergo eſt, at ſi excedit quomodo juſta? An omnis exceſſus citra juſtitiam? ideo injuſtus? quòd ſi injuſtus, quodo juſtus? Aut unde jus ad illum.

Deinde ipſa jura allegata in concedunt quidem correctionem latis Matris & Parentibus, ſed *tam tantùm*, hoc eſt rationabilem, portionatam delicto, ergo hoc quòd moderatam exprimunt ſe dere, cenſentur negare immoderatam ſeu excedentem, imò nec poſſunt cedere, quia aliàs leges non eſſent eò quòd ratio & juſtitia ſunt forma nima legum, quibus tamen tunc rent.

Hinc quia id tantùm dicimur quod jus permittit, ideo ſicut leges permittunt correctionem excedentem, ita nec Prælati poſſunt habere jus lam, unde ſi quòd ſicut reus non reſpectu huius exceſſus quoad pœnam, ita nec ejus Prælatus ſuus, quoad illationem, ſed uterq; ſibi ad invicem traneus abſq; ulla ſubjectione vel dictione. Atque ideo qua ratione jure aliquis percutiens Clericum

ligio-

ligioſum incidit in pænam canonis, ſi non ſit ejus neq; Pater, neque Prælatus vel Magiſter, ſic eſt Prælatus qui percutit cum exceſſu, quia tunc caret omni jure & poteſtate, nec cenſetur percutere ut Prælatus, ſed ut injuſtus aggreſſor adeò ut ſicut incurritur pæna canonis, quando percuſſio facta eſt ſine jure ita & quando cum exceſſu, quia ex quo Prælatus cœpit excedere, ceſſavit jure agere, & ex legitima poteſtate.

Rurſus. Ad incurrendam pænam canonis non ſupponitur aliud, niſi ut percuſſio ſeu animadverſio ſit facta *ſuadente diabolo*, ut loquitur text. at omne injuſtum & injurioſum ſit ſuadente diabolo & exceſſus, qui contingit in correctione, eſt injuſtus & injurioſus, ergo ſuadente diabolo factus, & conſequenter pænæ inductivus.

Demum ita deciſum videtur in *cap. cum beatus d. 45.* ubi adhortatis in communi Prælatis, ne ſint faciles ad percutiendos ſuos Clericos ſic concludit textus: *Si quis autem, quàm dictum eſt, prædictos honorabiles ſubditos licentia perceptæ poteſtatis elatus, maleficiis omni tantùm crediderit eſſe verberandos, ultra modum verberum, quæ intulerit, excommunicationis, & exilij pænam ſuſtinebit*. Id eſt declarabitur incidiſſe in excom. facit *c. cum voluntate de ſent. ex. §. ſi quis verò*. ubi Papa ait non incidere in canonem hos, qui leviter percutiunt, unde à contrario ſenſu datur colligendũ incidere eos, qui graviter & cum exceſſu, quia ut *ibi* Gloſſa ait, qui de uno negat, concedit alterum. vide *cap. univerſitatis eod.* Idemq; per proportionem dico, ſi exceſſus commiſſus ſit, non ſolùm quoad intenſionem, vel qualitatẽ pænę illatæ, ſed item, ſi quoad modum, ut ſi Prælatus in carcerẽ ponit ſuum Religioſum, qui non meruit, vel ſi etiam meritũ pugnis vel baculo ad illũ trudit non renitentem, ſi alapam infligit, calce percutit, librum vel quid aliud ad caput proijcit, in his omnibus & ſimilibus, ego puto eum incidere in canonẽ, quia talia non poſſunt dici illata & facta ad correctionem, ſed ex ſola paſſione irreverentis, & infruniti animi atque ideo ſuadente diabolo, & pænæ obnoxia, habent enim Religioſi in ſuis Regulis, aut in earum defectu in ſacris canonibus, ſuas pænitentias, & diverſa pænarũ genera, quibus debent Prælati eſſe contenti. Et ne ex proprio ego loqui videar, placet ad evidentiam meæ reſolutionis diverſorum Authorum dicta de hac eadẽ difficultate ſubtexere.

Gloſſ. in *capit. cùm Beatus. diſ. quaran* 10
*teſima quinta. & capit. nullus Clericorum. 17. quæſt. 4.* ait Prælatum vel Magiſtrum ſeu Patrem non incidere in canonem, ſi filium vel diſcipulum percutit moderatè. Unde ego infero incurrere, ſi percutit immoderatè, quia aliàs fruſtra adhiberet Gloſſa illud adverbium modificativum. Quod valde clarè exprimit in *capit. circumcelliones 23. quæſt. 5.* Ibi enim aſſerto, quòd Prælatus vel Magiſter non incidunt in canonem, percutiendo diſcipulos Clericos ſic ait: *Dum tamen non nimis ſæviant in eos* Unde infero incidere ſi ſæviant, hoc eſt, ſi cũ exceſſu puniant. Et in *Capit. Univerſitatis. de ſentẽt. excom.* Ubi dicitur poſſe Monachũ ab Abbate verberari cauſâ diſciplinæ, Gloſſa addit: *Moderatè, ita quòd non excedat debitã correctionem. Aliàs poteſt appellari ab ipſo cap. irrefragabili de off. Ordin. Et puniri debet cap. de priore. de appell. Et incidit in canonem, quia levis tantùm, & moderata correctio permiſſa eſt cap. cum voluntate. de ſent. ex.* Et in *cap ſi. Clericos. de ſent excom. in 6.* Iterum eadem Gloſſa. *Si quis capiens Clericum de man-*

*dato*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*m ndato Prælati, modum excedat, v. quia cùm is non reſiſtit, calce, vel pugno eum cædit, incurrit excommunicationem.*

11 Aufrer. *in tract. de pot. ſæcul. in cler. reg. 8. fall. 2.* Aſſerta Prælatis & magiſtris poteſtate corrigendi ſibi ſubditos, ſic addit: *Intelligas modò correctio ſit moderata, aliàs ſecus, ut in c. Præsbiterum. de homicid.* Ubi declaratur irregularis qui puerum clericum corrigendo ſic exceſſerat.

12 S. Ant. *in ſum. 3. p. tit. 9. cap. 8. licèt nō ſit improbandum, ut Prælati carceri mancipent ſubditos, cognitis eorum exceſſibus, non tamen debent eos facilè incarcerare, quia excōmunicatus eſt, qui iniuſtè detinet* Clericum. *per c. nuper de ſent. excom.*

13 Angel. *v. excommunicatio 5. nu. 7. Vtrum Prælatus, vel alius de ejus mandato detinens Clericum, ſit excommunicatus? Reſp. quòd non, niſi modum excedat, ut puta cum clericus quietè ſe capi & duci permittit, & capiens, calce, vel pugno impingit, ut dicit Io Andr in c. ſi. clericos. de ſent. exc. in 6.* Et rurſus idem *in ſeq. num. 8. Vtrum Prælatus verberans clericum ex odio, non causâ correctionis ſit excommunicatus? Reſp. quòd ſic. arg. c. cum voluntate. de ſent. ex.*

14 Zerola. *in pra. v. tortura. Quintò, Prælatus faciens torqueri clericum ultra modum & excedendo metam, eſt excommunicatus c. univerſitatis. de ſent. ex. ubi Gloſſ. & Panormit.*

15 Gordon. *in theol. mor. to. 2. lib. 7. q. 13. cap. 3. §. 4. Quartò, percuſſio eſt licita docendo, ſeu facta iuſtè à legitimo Superiore Eccleſiaſtico, ad conuenientem & moderatam inſtructionem, dummodo ſit locis & perſonis Pæna congrua, ſive ſit juridica, ſive paterna, ſive religioſa.* Ac interiectis nonnullis: *Reſtat videre, qualis debeat eſſe iſta punitio, varia enim eſt, pro varietate caſtigantium. Et quidem debet ſemper eſſe moderata, exceſſus enim notabilis facit eſſe locum cenſuræ.*

Lud. Molin. *tract. 3. de iuſt. com.* ... *in ſum. Perſonæ quæ ex officio puniunt*
*cutiendo perſonas Eccleſiaſticas excedunt*
*biliter, excom incurrant. Ac ſtatim poſt.*
*ceſſus præciſè ſumptus à reliquo, quod*
*pænam infligitur, culpa eſt lethalis excom*
*curritur.*

Concinunt Valent. *2. 2. d 5. q. 9. p.*
Et Graph. 1 *p. deciſ. lib. 2. c. 65. & lib.*
*11. & 2. p. lib. 3. c. 5.* Ubi aſſerto, quòd
vis percuſsio clerici, leuiſque exc
non inducit excom. aiunt ſecus
quando gravitas exceſſus aſcendit a
pam mortalem. *Quia putatur ex o*
*ſuadente diabolo factus, non zelo correct*
Ita etiam Zech. *in repet. Chriſt.*
*cler. num. 2.* Sylv. *v. inquiſitio. 2.*
Paul. Lancell. & ejus gloſſator. *in inſt.*
*lib. 4. tit. de ſent. exc.* Bonac. *de præcep.*
*cal. d. 6. circa 4. prop. 3. q. unic. Et in*
*de cenſur. d. 2. q. 4. prop. 3.* Chaſſ. *de p*
*Reg. tract. 2. c 4. prop. 6.*

Quantùm verò ad alias pænas,
incurrit Prælatus excedens in correct
ne, id juris ſtatuunt DD. quòd licet
teneatur petere veniam, quando ex
ſus eſt levis, ut dicitur in *c. quando*
Secus tamen eſt, ſi ſit gravis, ut *ib*
Gloſſ. Sylv. *v. correctio.* Angel. *eod.*
alij conſtanter affirmantes, teneri
riarum per *l. quemadmodum. § Mag*
*ff. ad. aquil.* Unde Ulpian. in *l. ſed ei*
dicit, poſſe agi contra illum lege
Et ſic ex diſpoſitione juris Prælatus
cedens in correctione vltra excom
contrahit, debet *primò* petere ven
ſecundùm citatos DD. *ſecundò* ſatisf
ſecundùm Sylv. *v. Prælatus. Tertiò*
poni ſecundùm Hoſtien. *in ſum lib.*
*de exceſſ. Præl.* Et *quartò* in exiliū mitt
ta *c. cum beatus d. 45.* Quæ pæna ſole
tari in recluſionem.

Quòd ſi ex exceſſu correctionis

rio

rior fuit vel mortuus, vel mutilatus, ſeu etiam deformatus, Prælatus, qui ſic correxit; vel corrigi iuſsit, fit irregularis, per c. *ſi quis non iratus.* 15. *quæſt.* 1. Gloſſ *eod.* Sortel. v. *homicidium. caſ. nu.* 21. Navarr. *in man. cap.* 27. *nu.* 220. *& ſeq* Suar. &alij affirmantes, quòd etiamſi Prælatus non exceſſerit in ſua correctione, non deſinit tamen contrahere irregularitatem, ſi inde ſequitur deformatio, quòd ſi etiam in juſta correctione, quantò fortiùs ex injuſta & excedente.

## D U B. XXXIV.

*Religioſus vivens in Monaſterio relaxato ſit tutus in conſcientia?*

Ad. c. 25. ſect. 3.

### SUMMARIUM.

*Monaſterium poteſt dici relaxatum duobus modis.*

*Monaſterio, in quo non ſervantur eſſentialia nemo tutus.*

*Profeſſio facta in illo, eſt nulla.*

*In Monaſterio in quo ſervantur ſola eſſentialia, nemo tutus.*

*Secus de illo in quo aliqua pars obſervantiarum eſt relaxata.*

*Quomodo.*

Duobus modis poteſt intelligi aliquod Monaſterium eſſe relaxatum, nempe vel ſic, ut nec eſſentialia in eo ſerventur, vel ſic ut ſerventur quidem utcunq; eſſentialia, ſed cæteræ obſervantiæ Regulares ſint penitùs extinctæ. Et quidem quantùm ad eum, qui vivit in Monaſterio primo modo relaxato, non poteſt dici ullo modo tutus in conſcientia, quia hoc ipſo, quòd non ſervat eſſentialia, violat vota & Profeſsionem, & quia manet & durat in voluntate ſic vivendi, & ſic faciendi, manet etiam in ſtatu dãnationis, ita Nav. *in man. c.* 12. *n.* 50.

Nec juvat, quòd aliqui communiter 3
dicunt, ſe ſic eſſe profeſſos, & non habuiſſe intentionem, ſe aliter obligandi, tunc enim eorum Profeſſio eſt nulla, ut ſi quis profitetur cum reſervatione penſionis, vel partis bonorum tractanda, & expendenda independenter à voluntate, & licentia ſui Superioris.

Ita Maior. *in* 4. *d.* 38. *quæſt.* 20. ubi dicit, talem teneri de novo profiteri, & ſic ſupponit ejus Profeſſionem nullam. Ita etiã Layman. *in theol. mor. lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 6. Ubi ait; hunc, qui talem Religionem vovit, non ſolùm non teneri, ſed etiam non poſſe illam ingredi, quin etiam poſt Profeſſionem poſſe ab ea egredi. Quod Gordon. *in theol. mor. lib.* 6. *q.* 5. *c.* 34 putat probabile, licèt dicat probabilius eſſe contrarium, & tales Profeſſiones adhuc valere. Ratio mea eſt, quia licèt verbo tenus in eis promittantur eſſentialia, illa tamen promiſſio reſolvitut in eorundem negationem, & ſic non modò nihil promittitur ſed etiam animus aſſumitur faciendi prorſus contrarium, ſic enim dicitur in eiuſmodi Profeſſionibus, ego promitto obedientiam, paupertatem *&c.* prout obſervatur in hoc Monaſterio. Quæ propoſitio in iſtam reſolvitur. Ego promitto, me neq; velle obedire, neque paupertatem ſervare, ſicut nullus eſt in hoc Monaſterio, qui obediat, vel paupertatem ſeruet, quod quàm ſit ridiculum, nemo non videt. Quis enim v.g. dicat, hunc obligari ad ieiunandum, vel abſtinendum, qui hoc votum fecerit, promitto jejunare, & abſtinere in Quadrageſima, ſicut jejunant, & abſtinent Calviniſtæ, vel Lutherani illo ſacro tempore. Nonnihil autem ſimile faciunt, qui profitentur in Monaſterijs de quibus loquimur

quimur

quimur, & conſequenter ad nihil ſe obligant, ac ſimpliciter nulla eſt, & falſa eorum Profeſſio. Facit, quia ut Profeſſio valeat, debet omitti non ſolùm in Monaſterio, ſed ſub Regula approbata, ſeu ſtatu vitæ approbato ab Eccleſia, ſtatus autem taliumMonaſteriorum non modò non eſt approbatus, ſed reprobatus. *cap. non dicatis 12. q. 1. cap. cum ad Monaſterium. de ſtat. mon.* &c. Ergo Profeſſio in eis facta eſt nulla Et quia ſic profeſſi non deſinunt tamen occupare taliaMonaſteria, & eorum bona abligurire, hinc dici debent eſſe in ſtatu damnationis, quia defraudant Eccleſiam & ſuum Ordinem, (ſi tamen ſuum) vivendo ex ejus bonis, ad quæ tamen jus nullum habent.

5 Quantùm verò ad eum, qui vivit in Monaſterio relaxato ſecundo modo, in quo ſcilicet ſervantur eſſentialia ſolùm, Crot. de Monteſer. *in cap. ad noſtram. de apel. numer. 13. ſic* reſpondet: *Religioſi non excuſantur ob collapſam regulam, ſi non ſervatur, prout fuit originaliter inſtituta, ut inquit Dom. Anton. in cap. cauſam. de elect. Vbi ſubdit, quòd hodie multi Monachi ob hoc ad domũ Diaboli vadunt.* Ita etiam tenent Aſor *p. 2. inſt. lib. 11. cap.* 11. *q. 11.* & Valent. *2. 2. d. 10. quæſt. 4.* dicentes, hunc eſſe in ſtatu peccati mortalis, qui non vult ſervare, niſi tria vota. Ita ſimiliter *Angel. v. Religioſus. num. 27.* Sylv. *v. Religio. 1. quæſt. 12.* Tabien. *eod v. quæſt. 4.* Aſtenſ. *in ſum. lib. 6. tit. 47. a. 1. q. 3.* S. Antonin. *3. p. tit. 16. c. 1. §. 1.* Caiet. *2. 2. q. 186. a. 2.* Sanch. *in op. mor. lib. 6. cap. 4.* Et alij affirmantes, hunc item eſſe in ſtatu mortalis, qui non habet animum, ſeu qui depoſuit animum tendendi ad perfectionem, vel qui habet propoſitum, non ſervandi ulla ſtatuta, ſeu obſervantias Ordinis, ad perfectionem conducentes, quamvis aliàs non obligent ſub mortali. Ita item Alexand. de Alex. apud Angel. *Religioſus. n. 32.* vbi re- ſpondet obiectionibus ſeu excuſatio- bus, quæ prætexuntur ex conſuetu- Monaſterij, vel intentione profiten- quia inquit, qui profitetur, non pro- tetur conſuetudinem, ſed Regu- Ergo non poteſt ſe conſuetu- tueri, ſed neque etiam inten- quam habuit dum profitebatur, ſe- obligandi ad plura, quàm ad eſſen- quia licèt ita explicitè iudicetur, im- citè tamen, & ex quadam conſequ- obligavit ſe ad alias obſervantias co- tas in ſua Regula, quia qui vult prin- le, ſeu antecedens, v. g. eſſe frater m- nor, cenſetur velle & ſe obligare ad- ceſſorium: & conſequens, ſcilicet ad- vandam Regulam minorum, quæ- conſiſtit in ſolis votis eſſentialibus( omnes Religioſi eſſent unius & eiuſ- Ordinis) ſed in multis alijs, quæ licè- accidentalia, ſi comparentur, ad communia ſunt tamen propria, & e- tialia, ſi comparentur ad hunc Ord- in particulari. Et hæc Doctrina ſe- dùm eoſdem Alex. & Angel. citatos cum habet etiã quoad ſimpliciores Religioſos qui ex ſimplicitate, ſeu ritia putabant (dum profitebantur gulam ſui Ordinis ad alia non oblig-

At ſi aliquod Monaſterium ſit ta- in aliquibus relaxatum, ut ſi in eo gratiâ fratres commedunt carnes, ſit SanctiBenedicti Panor. (magn- ſe lumen eiuſdem Ordin. Sancti Be- in *cap. cum ad Monaſterium. de ſtat. mon.* din. quem *ibi* citat. Felin. *cap. nam* *piſcentiam. de conſt.* S. Antonin. *3. p.* *c. 1. §. 11.* Navarr. *in man. cap 12. nu.* *arg. cap. quia circa, de conſang.* Et Ange- *Monachus n.* 11. excuſant & reſpon- impune ibi carnes comedi, quia et- iſti præſentes fratres qui eis utuntur

fuerunt

fuerunt Authores hujus relaxationis, nec apparet, ex qua cavea ſit facta, poſſunt præſumere, quòd ex rationabili. Secus ex corruptela, quia tunc non eſt locus excuſationi per *cap. cum tanto de conſu.*

Igitur ad hoc, ut excuſetur, qui non ſervat obſervantiam aliquam ſui Ordinis v. g. abſtinentiam carnium in Ordine S. Benedicti duo conjunctim requiruntur, nempe ut ipſe non ſit Author hujus relaxationis, ſed vel ab immemoriali vel ſaltem à longo tempore ſit introducta, & ſecundò, ut ſit certum, vel ſaltem non conſtet ex corruptela fuiſſe factam, idemque per proportionem dicendum de uſu lineorum, ſi non ſurgitur ad matutinum horâ debitâ, & in Regula præſcripta, & ſimilibus obſervantijs maioris momenti.

## D U B. XXXV.

*Religioſi viventes in Monaſterio relaxato, poſſint obligari ad reformationem?*

Ad idem Cap. 25.

### SUMMARIUM.

*Religioſi an poſſint obligari ad ſtrictiorem vitam tractatur & ſeq.*
*Quando dividitur Conventus circa reformationem amplectendam, pars minor debet ſe conformare maiori.*
*Qui vovit vitam communem ad quid obligatur.*
*Membrum diſſidere à ſuo toto, turpe.*
*Ex antecedenti Regularis obligatur ad futura ſtatuta ſui Ordinis.*
*11 Quid aliquis teneatur ſervare reformationem, ſolùm intra Monaſterium opinio reiicienda.*
*12 Satius licentiare detrectantes reformationem, quàm ad eam cogere.*
*13 In Monaſterio relaxato poſſunt omnes obligari ad eſſentialia.*
*14 Non tamen ad abſolutam reformationem.*
*15 Niſi in quibusdam caſibus.*
*17 Qui ibi referuntur. De quo & exemplum allegatur & 25.*
*19 Monaſterium poteſt tolli ab his, qui ſcandaloſè in eo vivunt.*
*24 Aliqui Reges fuerunt ſoliis ſuis exturbati propter vitia.*
*27 Monaſteria non poſſunt dari, niſi Religioſis ejuſdem Ordinis.*
*Quod probatur juribus, rationibus, exemplis & revelatione ibid & ſeq.*
*34 Religioſi honeſtè viventes non poſſunt obligari ad obſervantias antiqui rigoris.*
*35 Fallit reſpectu quarundam & ſeq.*
*39 Quæ vera reformatio, & qui verè reformati.*
*40 Mundum duplicem faciebat Plato.*

AFfirmat Gloſſ. *cap. ante triennium. d. 31. cap. unic. de ſtat. mon. in 6. quod omnes eod. de Reg. iur.* Archidiac. *cap geſta. d. 74.* Præpoſit. *cap. cit. ante trienniū* Abb. *c. ad noſtram. de apell.* Nerut. *cap. & alii. eod.* Joan. Andr. *cap. Ioannes. de Regul.* Vincent. *c. ſuper eo. eod.* Maior. *in 4. d. 38.* Læſan. *to. 2. cap. 12. num. 10* Ubi citat Sylveſt. Card. & Peirin Lancellot. *in gnom. Vit. rel. lib. 2. ſect. 1. a. 6.* Ubi citat Alex. & Clavaſ. & de hoc ait eſſe caſum rotundum in *c. ex parte de Regul.*

Negant verò Gloſſ. *in cap. geſta cit. &* 2
*c. integritas. 32. d. 1.* Decius. *c. ad noſtram cit.* Oldrad. *conſ. 96.* Angel. *V. Religioſus. num. 29.* & alij in *cap. cit. ante triennium. c. non eſt. 15. q. 1. c. præſens. 20. q. 3. & c. integritas. 32. q. 1.*

Innocent. autem, & Hoſtienſ. in *cap.* 3
*ſuper. eo. de Regul.* diſtinguunt, ac dicunt, hunc quidem non poſſe obligari ad reformationē, qui ſit ſimplex, & non ſcivit Regulam ſui Ordinis, quam fuit profeſſus ad plura alia, quàm viderit, aut probaverit tempore Novitiatus, ſecus, ſi ſit

cautus, qui ſciverit ſui Monaſterii, in quo profeſſus eſt, obſervantiam nõ eſſe conformem primævæ Ordinis Regulæ, & præviderit eam poſſe reſtitui, quia tunc tenetur ad illam.

4 Similiter Panor. *in cap. cit. ſuper eo.* quẽ ſequitur Aſor. *1. p. inſtit. lib. 13. cap. 11. q. 17* diſtinguit circa intentionem profeſſi, quia inquit, ſi profeſſus eſt ſolùm hunc modum vivendi quẽ ſequebatur in Monaſterio, & vidit omnes ſequi, non tenetur ad plus, nec ad plus poteſt obligari, ſecus ſi profeſſus eſt Regulam, quia tunc tenetur ad omnia illius puncta.

De ſimplicioribus verò, qui ſolent allegare ſuam imperitiam, & ſe non fuiſſe monitos vel inſtitutos circa Regulæ obligationes. Idem Panor. quem ſequitur Angel. *v. Religioſus. n. 32.* & apud ipſum Alexand. Item diſtinguit dicens, tales nõ poſſe quidẽ obligari ad reformationem, quin etiam poſſe ad quemlibet alium Ordinem tranſire, etiam laxiorem, ſed ſi volunt in hoc manere, eſſe obligandos Atq; hæc quantùm ad Doctorum placita circa dubium propoſitum, ut autem & ego quod ſentio, clariùs exponam, placet per ſequentes propoſitiones declarare.

5 Prima propoſitio in Monaſterio, in quo diviſus eſt Conventus, aliis volentibus reformationẽ, aliis detrectantibus, hæc debet introduci, & tenetur pars minor, quæ reformationem non vult eam amplecti, quamvis fortè ſit utcunque ei dura futura. Ita Innoc. Hoſt. Abb. & alij. *in c. ſit ſuper eo.* Aſor. *1. p. inſtit. lib. 13. c. 11. q. 18.* Et Sanch. *in ſum. lib. 16. cap. 2. n. 35.* ubi pro hoc allegat ad 29. Authores, & ita videtur deciſum in *capit. Baſilicas. d. 1. de conſecr. cap. ad noſtram citato. & cap. reprehenſibilis. eod.* Ratio eſt, tum quia quando aliquid decernitur communi collegarum ſuffragio, minor pars debet accedere ad

ſententiã maioris, quia quod maior p[...]
reſolvit, & determinat, cenſetur [...]
Capitulo determinatum, debent [...]
perſonæ particulares obſervare [...]
à ſuo Capit. invenitur conſtitutum [...]
*tit. de his, quæ ſi à ma. par. cap.* Tum [...]
qui vovit vitam communem, vovit [...]
implicitè ) omnia ſine quibus vi[...]
communis non poteſt ſubſiſtere, [...]
tem communis ſtat in maiori parte [...]
ventus, ergo ſi illa pars amplecti[...]
formationem, minor debet ſe c[...]
mare, ut non ſit niſi una vitæ form[...]
communis in Monaſterio. Deinde [...]
nerale omnium D.D. effatum etiam [...]
giſlatorem teneri ad ſuas leges ex [...]
rectiva( ſi nõ coactiva ) ob iſtud [...]
pium, quia turpe eſt in uno corpor[...]
brum diſcrepare à membro, at [...]
principium etiam caput commun[...]
debet ſe membris conformare, qu[...]
quiùs, ut ipſa ſibi invicem ſe confor[...]
quia verò eſſet injuſtum obligare [...]
rem partem ad ſe conformandũ [...]
in relaxatione, ideo dicendum eſt [...]
minorem ſe conformare maiori [...]
formatione. Facit, quia cauſa m[...]
partis hac in materia prævalet, no[...]
tùm, quia maioris, ſed quiã juſti[...]
favorabilioris, ergo tuenda præ [...]
ſita minoris. Facit item diſcurſus, [...]
format Nerut. *in c. ad noſtrã de appel.* [...]
inquit iſti, qui contradicunt refor[...]
ni videntur ſe ex antecedenti vol[...]
ad illam obligâſſe, atque ideo non [...]
rum, ſi juxta hanc obligationem [...]
rur, ut ſe alijs in reformatione ad[...]
Quia ſicut Civis Piſanus intellig[...]
ſpontè obligare ſtatutis piſanis, [...]
lùm factis, ſed etiam fiendis, ita qui [...]
naſterio alicui per Profeſſionem [...]
porat, & facit ſe ejus filium ſeu me[...]
obligat ſe ad formam vitæ & ad [...]

quæ

quę in illo vigent, nõ modò, ſed quæ pro bono Monaſter. fient, & rationabiliter introducentur intra terminos Regulæ & Religionis, cujus eſt Monaſterium. Et ita etiam tenent Zerol. *in pra. p. 2. v. reforma-n.* Felin. Crot. & alij *in c. tit. ad noſtrã* (*a*)

Cavenda autem opinio Caram. *n. 774. comm. in Reg. S. Benedicti.* Ubi ait hos, qui non conſenſêre reformationi ſui Monaſterij non teneri ad eam, ejuſve ſtatuta, aut ſe conformare maiori parti, niſi quã- ſunt, ſeu actu agunt in communitate extra verò liberos eſſe. Nam ex ipſo fundamento Caram. convincitur erroris ejus opinio, quia enim iſti quocunq; pergant, ſunt ſemper membra ſui Monaſterij & de ejus communitate ideo ſemper, & ubique tenentur ſervare leges & obſervantiam ſuæ communitatis & Monaſterij. *arg. cap. de his & cap. placuit. d. 12. & c. inſtitutio. d. 2. de conſ.* Quis enim dicat Religioſum aliter poſſe vivere extra, & aliter obligari intra Monaſterium? Mitto ſcandala quæ inde oriuntur, occaſiones vagandi extra Monaſterium, quæ ob id quæruntur, &c. (*b*)

Secunda propoſitio, quia omnis coactio habet difficiles exitus. *cap. requiſivit de ſponſ.* ideo quando aliquod Monaſterium venit reformandum, ſatius eſt, ab eo licentiare hos, qui renuunt reformationem quàm ad illam cogere, aut tolerare cum Reformatis, ita Armill. *v. Relig. num. 9. & Sylv. v. Religio 3. num. 12.* Quod est deciſum *in cap. relatum. ne cler. vel mon.* Et cùi aliquando oborta occaſione hunc casum conſultationi ſuppoſuiſſem, fuit mihi ita reſponſum à Prælatis diverſorũ Ordinum, & diverſis Doctoribus. Nam Scriptura prohibet arare in bove & aſino & induì veſte ex lino & lano contexta, Et repugnat vitæ communi ac unitati tenendæ in Monaſterijs, ut duplex, & diverſa vitæ forma in eis ſervetur, diſſidijs rixis, odijs, detractionibus via ampla aperietur, fomesque ijs alendis copioſè ſuppeditabitur. Et ſi pro bono etiam loco civili & politico Reipublicæ non toleratur in multis locis, niſi una Religio, & coguntur emigrare, qui diſſentientem ab ea quàm maior pars, vel Dominus loci ſequitur, profitentur, an nõ etiam expedit pro bono & pace Monaſteriorum (etiã publico ſtatu) ut fiat firmamentum inter cœlum & terram, & dividantur aquæ ab aquis & lux à tenebris, hoc eſt filij lucis, cælum ſuſpicientes à tenebrionibus, terræ affixis, & ſuis voluptatibus, ut alto in mari merſis. (*c*)

13 Tertia propoſitio in Monaſt. in quo obſervantia eſt penitus collapſa, & nemo cogitat reformationem, poſſunt Religioſi obligari ad omnia, quæ ſunt eſſentialia, ſeu Statui religioſo in communi, ſeu ſuo Ordini in particulari, & ad aliquas alias obſervantias ad horum manutentionem neceſſarias. Ita Angel. *v. relig. jur. n. 32.* Sylv. *v. relig. 3 n. 12.* Alex. de Alez. Gloſſ. Innoc. Abb. & alii in initio hujus dubij citati. Et ita definitur in *c. relatũ. ne cler. vel mon. c. ad noſtrã. & c. reprehenſibilis de appell.* Et ſic *v. g.* poſſunt obligari ad nõ habendum propriũ, ad comedendum in Refectorio communi, & habitandum in uno Dormitorio ad portandum habitum decentem, tam in materia quàm longitudine & latitudine. Ad perſolvẽda officia divina in numero competenti, & cum ædificatione debita. Ad ab-

(*a*) Innocent. cap. ſuper eo. de Regul. Ioan. Andr. cap. unic. eod. in 6.

(*b*) Durum eſt in mẽte veteri nova meditari ex Gregor. S. Antonin. 2. p. hiſt. tit. 15. c. 18.

(*c*) Ita fuit ſancitum in Concil. generali Rothomag. pro Monaſterio Fontanellæ Anno 682 de quo Bar. t. 8. n. 10. Et univerſaliter pro omnib. in Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de Regul. De quo in Conc. III. Turon. can. 25. & 26. Cabilon. 2. can. 22. Aquiſgran. 2. c. de vita in fer. Ord. can. 9. & 32. Vernenſi ſub Carolo Calvo cap. 3. Meldenſi ſub eodem can. 33.

ſtinendum à tractatione armorum, aut venatione clamoſa, ab evagatiõibus nocturnis, &c. Ratio eſt, quia aut illi ſe Profeſſos agnoſcunt, aut non, ſi ſecundum, nihil eſt diſputandũ. Si primum, non poſſunt juſtè conqueri ſi cogantur illa ſervare, quæ Deo promiſerunt, aut promiſſis ſunt neceſſariò annexa, vel ex his neceſſariò conſequuntur. Quòd ſi profeſſi ſunt cum illorum excluſione, & ſub intentione ea non ſervandi, nec ſe ad ea obligandi hæc conditio, vel tanquã contraria ſubſtantiæ actus, hoc eſt Profeſſionis, eam reddit invalidam, aut tanquã turpis habetur pro non appoſita Nec juvat, quod ſolent tales allegare, ſe fuiſſe ſic inſtructos, cùm eſſent in Novitiatu, & ſibi ſic fuiſſe promiſſum, quòd nõ forent unquam ad talia obligandi, quia debent imputare ſuæ propriæ ſtoliditati gravamen, quod inde ſentiunt, cùm aliàs potuiſſent meliùs ſe informare, qui autem eos obligant ad vivendũ conformiter ad ſuam Profeſſionem, ſunt extra culpam & notam per *c. conſtituit. 20. quæſt. 3. & cap. cum dilectus de his, quæ vi aut met. cauſ.* Armill. *v. Religio. n. 8.*

14 Quarta propoſitio, licèt in Monaſterio, in quo obſervantia eſt penitus collapſa, poſſint Religioſi obligari ad eſſentialia modo ſupradicto, non tamen ad totalem reformationem ſecundùm primævum & antiquum Regulæ rigorem. Ita Navar. *in cap. ſtatuimus. 19. q. 3.* Sylv. *v. Religio. 3. n. 12. & 6. q. 6.* Zerola, *v. viſitatio.* Decius Oldrad. & alij in initio dubij citati per jura ibi allegata. Ratio eſt, tum quia hoc videretur nimis durum, tum quia non videtur in eorum Profeſſione incluſum, aut ex ea conſequi.

15 Quinta propoſitio, Religioſi Monaſterij, in quo obſervantia omnis eſt collapſa & qui ſic vivunt, ut non modò eſſentialia ſuæ profeſſionis, ſeu ſui Ordinis [...] ſervent, ſed etiam ſe enormitatibus [...] miſcent, & ſunt ſcandalo fidelibus [...] ſunt per modum pænæ obligari ad [...] mationem (etiam ſtrictiſſimam [...] exceſſibus commiſſis ſub relaxa[...] Nam ſecundùm jura, etiam laici [...] torum criminum, detruduntur in M[...] ſterium pro penitentia. *c. fin. diſt.* [...] *quis clericus. & ſeq. d. 81. c. qui occide[...] 4. c. clerici. 24. q. 3. c. ſi quis Epiſcopus [...] 5. cap. admonere 33. quaſt. 2. &c* Ergo [...] tiori ipſi Monachi rei ſimilium crim[...] & enormitatibus inquinati debent [...] pænis obſervantiæ regularis, & l[...] bus reformationis ſtrictiſſimæ per [...] *ſtos. & c. ſi qua Monacharum. 27. q.* [...] *ad noſtram. & c. reprehenſibilis. de app[...] relatum. ne cler. vel mon. c. de Regul[...] dilectus el. 2. & c. quoniam. de Simon.* [...] Pius V. anno 1566. die 2. Decemb[...] ſtantiam Philippi II Regis per Bull[...] incipit: *Maxime cuperemus.* Manda[...] univerſa Regna Hiſpaniarum ob[...] erga Franciſcanos Conventuales [...] rum Monaſteria juſſit tradi Obſer[...] bus, ipſos verò Conventuales d[...] pro penitentia per Monaſteria Obſ[...] tium, & ſub pena triremium, a[...] ſimilibus cogi in iis manere Quod [...] probat *in comm. 4. de Regul. num. 13.* [...] quòd Pius II. ac deinde Sixtus IV. p[...] melitis, in eorum mari magno [...] & dat poteſtatem Prælatis Ordinis [...] reformandi, & quoſcunque rebe[...] gendi ad Reformationem, & cr[...] ſos ſubijciendi pænis non tantum [...] dine ſolitis, ſed etiam acrioribus [...] dere eſt apud Rodericum *to. 1.* [...] *eiuſd. Sixti.*

Sexta propoſitio, Monaſterium [...] occupatur à Religioſis relaxatis, [...] ſcandalo viventibus, nec volent[...]

frugem

frugem redire, poteſt eis tolli, & tradi
habitandum à Reformatis ejuſdem Or-
dinis. Ita Angel. *v. Religioſus locus. num.*
. Gloſſ. Dan. Joan. Andr. & com-
muniter alii *in c. inter quatuor de rel. dom. &*
*relatum. nec cler. vel mon.* Vbi ita ſtatui-
tur. Et in Concil Vernenſi can. *5 arg. c. ſi*
*Abbas. 18. q. 2. c. quam ſit eod. cap. nullus.*
*& cap. cum Monaſterium. de elect.* Ubi
Gloſſa rurſus ita têet. Et probatur *primò*,
quia ex juſtitia tenemur applicare bona
in eum uſum, ad quem ſunt data, & his
modo quibus ſunt legata, & vel maxi-
mè per ultimas voluntates, & prima-
rias fundationes locorum, quibus con-
travenire, omnia jura prohibent, at Mo-
naſteria non ſunt fundata pro Religioſis
relaxatis, & viventibus cum ſcandalo.
Ergo poſſunt eis tolli, & dari viventibus
in obſervantia *c. & hoc diximus. 16. q. 7.*
*Secundò* probatur, quia in talibus Mo-
naſterijs non ſolùm difficile eſt ſalvari,
ſed etiam qui ibi habitant, ſunt ſcandalo
fidelibus, quis autem neget, ſcandala eſſe
tollenda, clamante Apoſtolo, *aufferte ma-*
*lum ex vobis.* *Tertiò* probatur ex jure juſtæ
defenſionis, quod cuique permittit hunc
repellere à quo aliquid patitur, & ab infe-
rendo nocumento impedire, certum eſt
autem, quòd Religioſi à relaxatis mul-
tum patiuntur, Eccleſia, fideles, funda-
tores, Status religioſus, & ipſa Mona-
ſteria; in quibus habitant, unde cùm tali-
bus damnis non poſſit obviari, niſi tol-
lendo ab ipſis ſua loca, ideo (ſi etiam ju-
ſte bellis licet occupare ſedes hoſtium) li-
cebit occupare Monaſteria horum homi-
num, patitur autem ab eis Eccleſia, quia
per ipſos res ſacræ veniunt in minorem
æſtimationem apud alios fideles, dùm
vident ab illis indecenter tractari. Item
quia fideles obfirmantur in ſuis vitijs
per eorum mala exempla. Item quia oc-
cupant loca bonorum qui poſſent eſſe au-
xilio Eccleſiæ & fidelibus, ſuis ſacrificijs,
concionibus, Eleemoſinis, miniſtrando
Sacramenta; *&c.* Patiuntur item ab eis
fundatores, quia ſua intentione frau-
dantur, & ſuffragijs ſperatis pro remedio
ſuæ animæ. Patiuntur item alij Religioſi,
quia propter ipſos Status religioſus venit
in contemptum, & deriſionem apud cæ-
teros fideles, & maximè hæreticos, *&c.*
Unde relinquitur, quòd poſſint quilibet
ſic patientes contra ipſos inſurgere, &
impedire, ne ultra noceant tollẽdo ab ip-
ſis Monaſteria, quod maximè licet ſuc-
ceſſoribus fundatorum, juxta. *cap. filijs.*
*& ſeq. 16. q. 7.* Epiſcopis. *cap. omnes eod. c.*
*ſtatuendum eod. q. 2.* & c. *qui vere eod. q. 1.* Et
principibus temporalibus. *c. fin. deciſ. 96.*
*& cap. ſicut excellentiam. 23. q. 4. l. hæredita-*
*tis ff. de pet. hæred & l. ſi. in aliquam eod. de*
*off. proconſ.* Caſſan. *in cat. glor. p. 5. conſ. 17.*
Guid. Bened. *in c. raynutius de teſta. par. 2.*
*v. ſi abſque liberis num. 33.* De quo Ferdi-
nandum, & Iſabellam Reges Caſtellæ
plurimùm commendat Bzov. *tom. 18. An-*
*nal. fol. 244.*

*Quartò* probatur ex doctrina Panor. 23
& Specul. quos citat & ſequitur Sylv. *v.*
*donatio 1. num. 17.* Ubi ait, quòd quando
Religioſi ſunt ingrati erga fundatorem,
quamvis aliqui dicant, Monaſterium eſſe
deſtruendum (ſicut in ſimili civitas ara-
tur, ob delictum civium, ut docet Barth.
*l. aut facta. ff. de pen.* Satius tamen eſſe, ut
Religioſi ſic ingrati expellantur, & boni
ſubrogentur, ut ſic mali puniantur, &
non Eccleſia. Non poſſunt autem Reli-
gioſi ſe exhibere magis ingratos erga fũ-
datores, quàm ſi malè vivant, & bona
ab ipſis accepta, ſic vivendo in malos
uſus expendant, Ergo, *&c.*

*Quintò* probatur per *c. alius. 15. q. 6.* Ubi
Zacharias Papa Ludovicum inertem ſeu 24

pigrum

pigrum, Regem Franciæ, privavit reg-
no ſuo hæreditario, quia erat ei inutilis
ut dicit textus, ſeu ut addit Gloſſa, quia
erat diſſolutus cum mulieribus, & effe-
minatus. De quo vide plura alia exempla
apud Petr. Gregor. in *Syntag. juris lib. 15. cap. 1.* & Renat. Chopp. *lib. 3. de doman.*
*tit. 30.* At ſi etiam Reges, & Imperatores,
ob vitia ſua poſſunt privari regnis & co-
ronis hæreditarijs, à fortiori Religioſi
ſuis Monaſterijs ob ſimilia vitia. Et ita
anno 1496. & 97. Franciſc. Ximenes Ar-
chiep. toletanus fretus authoritate Ale-
xandri VI. Papæ ac Ferdinandi, & Iſa-
bellæ Regum Caſtellæ, expulſis pleriſq;
Conventualibus Ordinis Sancti Franci-
ſci ex ſuis Conventibus, Obſervantes in
eos introduxit, ut refert Bzov. *to. 18. an-*
26 *nal. fol. 467. & 489.* Tum iterum anno
1566. Philippo II. Rege Hiſpaniarum
agente authoritate Pij V. eadem expedi-
tio facta eſt in reliquos Conventus eorũ-
dem Conventualium, qui Ximenij & Fer-
dinandi zelum non ſenſerant, ut ſupra
ex Navarro retuli, de quo ubivis terra-
rum, & in omni ſeculo abunde ſuppetunt
exempla in alijs Ordinibus.

27 Dixi autem, ejuſmodi Monaſteria ablata à maleferiatis hominibus, eſſe tradenda alijs, Religioſis, qui ſint eiuſdem Ordinis, & non alijs, ita *Ancaran. c. ſic de exceſſ. præ.* Et ita ego infero *1. ex c. nec emeritis. c. nullus. & cap. obitum. deciſ 61. c. neminem. 70. cap. hortamur. d. 71. cap. poſſeſſiones. 16. q. 1. can. quæ ſemel. 19. q. 3.*

28 *Secundò* ego ita infero ex Doctrina Gloſſæ, & DD. *in can. decernimus. 16. q. 7. can. ſi proponente. de reſcr. & l. in Eccleſiis. C. de ep. & cler. Abb. c. bonæ de poſt. & cap. ad decorem. de inſtit.* Caſſan. *in cat. glor. p. 11. conſ. 22.* Barbat. *conſ. 23. vol. 1.* Flamin. *de reſign. benef. lib. 5. q. 3.* Gonſal. *ad reg. 8. cantell. gloſſ. 9.* Hugolin. *de off. epiſc. cap. 50.*

Piaſec. *in pra. p. 2. cap. 5.* Menoch. B[...]
& aliorum, qui communiter dicun[...]
monent ut in collationibus & pro[...]
nibus beneficiorum præferantur [...]
colæ & indigenæ Diæceſis vel civi[...]
loci.

*Tertiò* ego me fundo in jure, qui[...]
non peccavit, nec conſequenter [...]
privari ſuis bonis & Monaſterijs [...]
delicta privatorum, qui ſi debean[...]
ri, ſic tamen procedendum eſt, [...]
eundem Ordinem retineantur Mo[...]
ria, & eorum bona non autem [...]
tradantur, ut patet de Feudis affix[...]
familijs, quæ peccante feudatario[...]
tolluntur, & transferuntur ad al[...]
alterius, ſed eiuſdem familiæ.

*Quartò* ego me fundo in ration[...]
omnes mutationes ſemper odioſæ [...]
ximè in jure, adeò ut dum aliqu[...]
inducenda, quàm minima debet [...]
præciſè, quantùm opus eſt, ad [...]
dum malo, ob quod inducitur nõ [...]
atqui ſufficienter providetur M[...]
rijs relaxatis, quando amoventu[...]
mali Religioſi, et traduntur bon[...]
dem Ordinis, ergo non poſſun[...]
alienis, quia tunc fieret maior m[...]
quàm ſit neceſſaria.

*Quintò* ego me fundo in inte[...]
fundatorum, quæ ſemper in in[...]
debet impleri (ut volunt jura) [...]
ſemper certo Ordini ſua Monaſte[...]
daverunt, & dotarunt, ergo ut [...]
injuria eorum diſpoſitioni & vo[...]
debent relinqui Ordini, cuius ſun[...]
confirmatur ex Doctrina, et de[...]
Cardin. Congr. de quo *fol. 168.* [...]
*16.* quia quando petitur certa m[...]
Beata *v. g.* vel de Requiem) ſac[...]
ſatisfacit, dicendo de officio [...]
vel de alio Sancto. Quòd ſi hoc [...]
nùs certè ſatisfiet intentioni fun[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Monaſterium datum & edificatum uni Ordini, donetur alteri.

*Sextò*, Ego me fundo in exemplo & fa- Alex. VI. & Pii V. Ferdinandi & Phi- Regum, de quibus ſupra, qui Mona- ria Franciſcanorum Conventualium caverunt Obſervantibus demum.

*Septimò*, Ego me fundo in voluntate & elatione divina, quam ex Glabro fert Baron *in annal. ad an. Chriſti 996.* *tertio* factam, & de Monaſterio cti Pauli extra muros urbis Romæ ipſiuſmet Baronii verbis placet hîc cere: *Suggerentibus* (inquit) *Ottoni ſlam piis viris, cogitavit expellere, de Sancti Pauli Monachos pravè viventes, eorum locum introducere Canonicos ſed apparuit ipſi per viſum S. Paulus monuitq; Monachos expelleret. Non enim inquiebat cuiuſq. Eccleſiaſtici Ordinis, quamvis ex depravati, propoſitum unquam abiici, ſeu tari, in eo namq. Ordine quiſq. iudican-, in quo ſe primitus vovit Deo ſervire, ac remediare licet, corrupto cuiq. in eadem vocationis ſorte. Quibus repreſſus Impe-, deſtitit à propoſito expellendi Monachos, ipſorum tantummodo emendationem applicavit.* Hactenus Baronius.

*Septima* Propoſitio, Religioſi, qui ſer- eſſentialia ſub honeſta vitæ forma, non ita ſtricta, ut fert eorum Regu- aut inter quos aliqualis relaxatio no-, poſſunt tolerari, & non debent maiorem reformationem obligari. *c. & c. certe 12. q. 1. arg. c. ſuper eo. de re-* Nam ut ait Auguſt. (in duobus locis bus) ſatius eſt, habere luſcos, aut dos, quàm plangere mortuos, & eos rare qui ex parte tantùm ceciderunt, m hipocritas, qui in totum. Fallit ta- in multis caſibus, & reſpectu diver- m obſervantiarum, quia primò ſi quid judicetur valde neceſſariũ talibus Religioſis, ad hoc ut faciliùs poſſint eſſentialia ſervare, aut cautiùs ab eorum tranſgreſſione averti, licebit ad hoc illos obligare per *c. unic. de ſtat. reg. in 6.* Ubi & in Trid. *ſeſſ. 25. c. 5. de Regul.* indicitur monialibus clauſura perpetua, (quamvis ſit ſupra Regulam, & illam non ſint profeſſæ) nempe quia iudicata eſt ipſis neceſſaria ad cuſtodiam caſtitatis quam profitentur.

*Secundò* fallit reſpectu eorum, quæ ſunt 36
planè conformia ſtatui & Ordini talium Religioſorum, aut valde ab ipſo aliena, quia poſſunt ad illa obligari, aut ab iſtis prohiberi, licèt ſint experturi aliquam difficultatem in iſtorum carentia, vel illorum exercitio, & hac ratione Archid. & Ioan. Monach. dicunt, moniales obligari ad clauſuram, quia decet fæminas manere domi, & non vagari, qua ratione ſimiliter in *clem. ne in agro.* Prohibẽtur Monachi tractare arma, aut habere canes venaticos, vel certis veſtibus uti, quia nimirum, nimis repugnat ſtatui eorum, econtra verò *ibid.* jubentur promoveri ad ſacros Ordines, & ſtudia, quia maximè congruum eorundem ſtatui.

*Tertiò* Fallit reſpectu earum obſervan- 37
tiarum, de quibus conſtat non eſſe relaxatas, & intermiſſas ex cauſa rationabili, ſed per corruptelam, quia poſſunt Religioſi ad eas reduci, licèt fortè ſint aliquantùm auſteriores. *c. cum tanto. fin. de conſuet.* Et hac ratione in *c. cum ad Monaſterium. de ſtat. mon.* jubentur Monachi abſtinere à lineis induſiis, & eſu carniũ, quarum uſus apud eos invaluerat.

*Quartò.* Fallit reſpectu eorum, quæ ſuâ 38
naturâ inclinant, & proximè diſponunt ad ruinam & relaxationem obſervantiæ, vel ipſas privatas perſonas ad caſũ, quia hac ratione poſſunt eis interdici; & ſi eorum habent uſum, quoad illa reformari, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ri, & ſic v. g. jure antiquo, prohibentur facere Monaſteria duplicia utriuſq; ſexus, *cap. definimus 18. quæſt. 2.* Et jure novo per conſtitutiones S. Gregor. de anno 1624. prohibentur Monachi frequentare Monaſteria monialium. Item ſtudere Phyſicæ vel Legibus. *cap. non magnopere & c. ſuper ſpecula. ne cler. vel mon.* Habitare ſeorſim in Prioratibus vel mẽbris Monaſteriorum. *cap. ex parte de capell. mon. & cler. ne in agro. §. ad hæc* &c.

39 *Octava* Propoſitio, cùm ego hîc loquor de reformatione Monaſteriorum, & dico ea, quæ ſunt relaxata, danda eſſe Religioſis reformatis, ſuppono non carere Prælatos Eccleſiaſticos, Principesq; temporales lapide lydio ad diſcernendũ aurichalcum ab auro, neque bonis perſpiciliis ad diſtinguendum inter ſolem & paroelia, hoc eſt, inter verè reformatos, & larvas reformationis; Reformatos enim ego non dico, qui ſint aſtutiores in occultandis ſuis vitijs, aut qui in politica & Machiavelliſmo excellant, non qui jejunant, aut vigilant, ſeu jejunare & vigilare putantur, (Diabolus eſt aſtutior nobis, plùs nobis jejunat & vigilat, ſi quidẽ nihil comedit, nec unquam dormit, & tamen ſemper eſt diabolus) ſed inter quos charitas fraterna regnat, ſynceritas viget, dolus & hipocryſis exulat, fuga voluptatum cognoſcitur, ambitioni [illegible] nullus, & uno verbo, qui verè [illegible] ſint mortui, & ipſis mundus. Sed [illegible] quem talem nunc inveniemus? [illegible] tuum miſtum eſt aqua, & argentum [illegible] verſum eſt in Scoriam. Sunt, qui [illegible] reformationi inhiant, & occupa[illegible] rum locis, qui à ſuis ipſi forent e[illegible] di, reformatione magis indigen[illegible] cebat Plato duos eſſe mundos, [illegible] rorum, in quo res omnes eſſent in [illegible] ritate, veræ opes, veræ virtutes, ve[illegible] luptates, & hunc, in quo non ſint [illegible] verorum umbræ & imagines, [illegible] tam aſſiduè in ore habemus, ut pe[illegible] tiam, loquimur de orationis ſtu[illegible] condonandis injurijs, de honoru[illegible] vitiarum contemptu &c. *Veru[illegible] imagine pertranſit homo,* & plurimi[illegible] to, ne magna pars reformation[illegible] ſiſtat in umbra & fuco, & ne q[illegible] ſint verè reformati in illo altero [illegible] Platonico, ſed ſi quidem ita f[illegible] conditio, ut umbras amplectam[illegible] Deus ſua miſericordia, ut ab u[illegible] formationis tranſeamus ad vera[illegible] obſervantiam, quam ſancti [illegible] dinum Fundatores nob[illegible] in ſuis Regulis demonſtrârunt.

***

# F I N I S.

INDEX